



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XXIV. Das Jungfrauenkloster Arendsee. (Zweite Abtheilung).

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

## Das Jungfrauen-Kloster Arendsee.

### Zweite Abtheilung\*).

#### I. Verzeichniß der Memorien des Klosters Arendsee für alle Wohlthäter von dem Stifter Markgraf Otto I. ab (1184 u. f.).

He memorie in Conuentu nostro Arnse omni anno sollempniter peragentur:

Memoria Ottonis marchionis et alheydis vxoris eius, qui ecclesiam hanc fundauerunt deuote et pie dotauerunt. Ottonis, Heynrici et Adelberti, filiorum suorum, qui laudabilia facta suorum natalium collacione proprietatum confirmarunt. Deinde Johannis et Ottonis, Ottonis et Beatricis vxoris eius et alberti fratris sui. Item ottonis et Jutte vxoris eius. Hermanni et anne vxoris eius. Johannis filii sui. Woldemari et agnetis vxoris eius. qui omnes tutela benigna hunc locum confouerunt. Hec memoria predicta in ipso die perpetue et felicitatis sollempnissime est peragenda.

Memoria Kazemari ducis, qui dedit villam warkentin nostro cenobio cum omni libertate et eius proprietate. Nycholai et heynrici dominorum de roftoe, qui confirmauerunt. Johannis et Gheuehardi de plote, qui dederunt villam rogelin cum omni iusticia et libertate. Hec peragetur, cum canitur populus lyon.

Memoria prepositorum: Ludolphi, heynrici, ludolfi, Bertrammi, Theoderici, cuius memoria ter celebrabitur in anno, primo ad te leuau, secundo octaua epyphanie, tercio do-

\*) Dieser bedeutende Nachtrag zu den Urkunden des Klosters Arendsee, welche im XVII. Bande dieses Haupttheiles mitgetheilt worden, ist einem im Königlichen Provinzialarchive zu Magdeburg erhaltenen Copialbuche des Klosters zu verdanken, auf das der Königliche Provinzialarchivar, Herr von Mülverstedt, mich aufmerksam gemacht und das der Direktor der Königlichen Archive, Herr von Lanczolle, mit gewöhnlicher Bereitwilligkeit mir zur Benutzung mitgetheilt hat. Die Abschrift übernahm Herr Oberlehrer Holste, mit zu Tage liegender Genauigkeit und Sachkenntniß.

Das Copialbuch zerfällt in 2 Abtheilungen, welche jedoch beide in der 2. Hälfte des 14. Jahrhunderts niedergeschrieben sind. Es sind nur wenig spätere Urkunden nachträglich hinzugefügt. Es ist sehr leserlich und im Ganzen mit Sorgfalt geschrieben.



minica Inuocauit. Prima collecta ad vigiliis Quatenus dom. etc. Secunda collecta prefa, Ad secundas vigiliis collecta prefa, Ad tercias vigiliis collecta prefa. Johannes Reuenftorp, Meynardi et Johannis de hilleghenuelde Cappellani, quorum memoria dominica, dum cantatur domine in tua, perpetue peragetur. Johannes parfow, Johannis de Chartow, Eughelberti de fannem, Nycholai roffow, Reynoldi tolner de fnakenborch, Johannis de ghore. Ludgerus de Kampe habet memoriam perpetuam dominica ante festum marie magdalene. Heynrici gladegow perpetui vicarii, cuius memoria celebrabitur viti martiris. Hinrici mowen et henrici de yetze, quorum memoria agetur post octauam epyphanie vel Remiscere. Gherardi de cowlitze, Syfridi de leppin, horum memoria agetur in die vndecim milia virginum et scolastice virginis. Domini henrici scutten, frederici et gherardi de wynteruelde, horum memoria celebrabitur dominica circumdederunt. Rodolfi hennemans et parentum eius, quorum memoria agetur circa festum martini. Johannis clauigeri, huius memoria ante diem palmarum peragetur. Memoria arnoldi de roffow et Berte vxoris eius bis in anno peragetur, primo post diem apostolorum philppi et iacobi, secundo post festum martini. Memoria hinrici de chartow agetur ofwaldi regis. Memoria alberti holften post festum iacobi peragetur. Memoria magistri petri agetur ante diem assumptionis. Memoria margarete lughen agetur in die agathe. Memoria petri, Bertradis et alheydis de ftendal agitur dominica circumdederunt. Memoria Sopphye priorisse de fydown et armegardis de mollendorp nycholai episcopi peragetur. Memoria conradi de kliftinghe agitur post festum nicholai. Memoria iohannis cynowe et vxoris eius post festum martini peragetur. Memoria Cristine vxoris iohannis gherwer agetur ante festum michaelis archangeli. Memoria Zynnighes agetur post festum michaelis. Memoria elizabeth hartwici et Bertradis kalenen agetur pantaleonis. Memoria alheydis vxoris quondam theoderici de Zantem et elizabeth filie eius agitur in natiuitate marie virginis. Memoria elyzabeth de yetze et margarete scherers agetur XI milium uirginum. Memoria hillegundis et alheydis de swauen agitur Reminiscere. Memoria nycholai kerkun et margarete vxoris eius agetur circa festum martini. Henricus faber de lunenborch et mechildis vxoris [sic!] eius habent perpetuam memoriam in festo iohannis baptiste. Domina priorissa dicta alheydis de bretteke duas memorias perpetualiter et in eum obseruandas emit a conuentu in arneffe pro decem et octo marcis argenti ftendalensis, que bis omni anno sunt sollempniter peragende, Videlicet prima dominica dicit dominus, Secunda dominica letare. Prima collecta erit ad vigiliis Deus cuius Misericordie, Secunda collecta Quatenus domine etc. Item dedit quinque marcas argenti ad nouum dormitorium. Walburgis ackermans et armegardis hurleians dederunt quatuor marcas argenti ad memorias predictas, vt deuocius celebrentur. Hermannus et iohannes et margareta vxor eius et Ghertrudis eius filia et heylwigis de beze dederunt duas marcas argenti ad predictas memorias, vt ipse sollempniter peragentur. Hee memorie iam dicte omni anno sollempniter peragentur propter serotinam prebendam dominarum et nouellum dormitorium, quod nouiter est instaurantum et plenissime constructum.



II. Bischof Conrad von Camin überläßt dem Kloster Arendsee die Zehnthebung in Werckenthin, ungefähr um das Jahr 1224.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Conradus, dei gracia Caminenfis ecclesie et pomeranorum et leuticiorum episcopus, omnibus hanc paginam inspecturis veram in domino karitatem. Accepimus litteram cuiusdam priuilegii, quod dedit Kazimarus in hunc modum. Ego kazimarus, pomeranorum dux, leuticiorum princeps, omnibus fidelibus, ad quos pagina presentis scripti peruenerit, salutem in vero salutari. Notum uobis facimus tam presentibus quam futuris, quod nos pro salute anime nostre necnon patris et matris nostre ad sustentacionem sanctimonialium in Arnesse deo seruiencium villam Warkentyn cum terminis et omnibus attinentibus, tam in aquis, quam in agris et filuis, voluntarie ecclesie dei in Arnesse contulimus, Vt exinde pro predecessoribus nostris oratio fiat in perpetuum in ecclesia eadem Arnesse in honore sancte dei genitricis et virginis marie necnon sancti Johannis ewangeliste constructe. Et ut huius donacionis certa permaneat prerogatiua, hoc scriptum sigilli nostri impressione confirmamus. Huius donacionis testes sunt, qui tunc presentes aderant Sueno, abbas in Elda, Robertus, prepositus in dymin, Valtradus, Canonicus et sacerdos in Jericho, Gozwinus, plebanus in lenyn, Arnoldus, Cappellanus in dymin. De nobilioribus vero laycis Rochellus, eiusdem vrbs castellanus, Dubimerus, Pribbesszlaus de kamyn, Andreas, Pribburiuiz, Ratifczlaus, scarbimariz, Dutlic filius eius Et quam plures alii. Congaudentes igitur nostris temporibus de dono tali et fide honorem dei exerescere, contulimus cum consensu generali decimam ville Warghentyn cum terminis ecclesie dei in Arnesse, vt plebano ad locum accedenti ad uoluntatem suam siue in agris siue in decima emolumento respondeat competenti. Et ne posteris immutandi vel calumpniandi detur occasio, factum nostrum sigilli nostri appensione roborauimus. (Zu vgl. I, XVII, 3.)

III. Die Markgrafen Johann und Otto bestätigen das Kloster Arendsee und erweitern dessen Besitzungen um zwei Hufen, am 6. November 1225.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes et otto, dei gracia marchiones Brandenburgenses, Considerantes omnia transitoria, et quia sine timore dei nullus presentibus neque eternis gaudere potest institutis, Vna cum fratre nostro Ottone Ecclesiam dei et Beate marie virginis in Arnesse, ad nos heridatorio iure deuolutam, in nostram recepimus tuicionem, Ratum habentes quitquit collatum est Ecclesie predictae secundum priuilegia predecessorum nostrorum et patris nostri Alberti pie memorie Marchionis brandenburgensis, Et quia in omnibus ipsam sicut decet promouere uolumus et intendimus incessanter, ampliamus eam in duobus mansis et vna quadam in villa Crughen et quadam solitudine, que wlgaliter Lambrechtshot appellatur, cum omni Jure, censu, decima, Jurisdicione, exactione, precaria et vrmano seruicio, et omne, quod



wlgo dicitur Recht vnde vnrecht, Indulgentes, vt ibi memoria predecessorum nostrorum et nostri tanto largius perpetualiter habeatur. Vt autem hoc nostrum indultum perpetuo valeat vigere, presentem paginam inde conferibi et sigilli nostri appensione iussimus insigniri. Huius Rei testes sunt heinricus, Curie nostre pincerna, Conradus de Gartowe, Aluericus de kercowe, Deghenardus, aduocatus de zaltwedele. Acta sunt hec apud zehufen, Anno gracie Millefimo ducentesimo vicefimo quinto, VIII ydus nouembris.

IV. Johann und Gebhard von Ploto überlassen dem Kloster Arendsee 42 Hufen Landes zwischen Negeband und den Dünamündeschen Klosterbesitzungen an der Temniß, am 2. Mai 1232.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Notum sit vniuersis tam futuri quam presentis temporis fidelibus, quicunque presentem paginam perspexerint, quod nos Johannes et Gheuehardus, fratres de Ploto, ecclesie in Arneffe ad sustentacionem monialium XLII mansos cum omni Jure contulimus, tam in pascuis, quam in agris et paludibus et aquis et siluis. Presentibus hiis domino Johanne, aduocato de kyrifz, Theoderico de Bertekow et fratre eius frederico, Gherardo de Rube, Ottone, Rodolfo, Arnolde, Castrenfibus in wstrehufen, pluribusque fide dignis. Ne igitur heredum nostrorum hanc donacionem, quam ratam esse volumus, aliquis queat infringere, priuilegium dedimus, quod sigilli nostri inpressione corroborauimus. Isti mansi iacent inter nyzzebant et dominum abbatem de dunemunde super Tymanize fluuium. Datum in Wustrehufe, Anno ab incarnatione domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXII<sup>o</sup>., VI<sup>o</sup>. monas mai.

V. Der Provisor des Hauses Werben befundet das Dorf Tzerne dem Kloster verkauft zu haben, ohne Jahr (vor 1235.)

Omnibus Cristi fidelibus Prelatis et Subditis hanc litteram inspecturis frater A. prouisor in Werbene cum fratribus et sororibus eiusdem loci oracionem suarum in Cristo participium. Testimonium perhibeamus hoc scripto, quod ad voluntatem Magistri nostri et tocuis Conuentus ecclesie nostre villam tzerne ecclesie Beate Marie Virginis in Arneffe vendidimus, quam ecclesie nostre pie memorie Albertus Marchio contulerat, licet eandem villam usque ad hec tempora infructuosam tenuerimus, et ne alicui calumpniandi detur occasio, hoc factum sigilli nostri appensione roboramus.



VI. Die Markgrafen Johann und Otto treffen mit dem Kloster Arendsee einen Gütertausch, am 17. April 1235.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes et Otto, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Cum ecclesia in Arnesse de parentum nostrorum proprietatibus sit fundata pariter et dotata, Nos parentum nostrorum piam deuocionem imitantes eiusdem ecclesie debemus honorem et vtilitatem in quantum possumus non immerito sublimare. Noscunt igitur tam presentes quam posteri, quod cum quedam villula, que zerne dicitur, ad moniales in Arnesse ex iusticia pertineret, eandem villulam prepositus cum consensu predictarum monialium nobis libere resignauit. Nos vero eidem monialibus ecclesiam in heilighenuelde cum rebus ad eam pertinentibus et insuper in villa Polcre duos choros filiginis in recompensacionem villule memorate perpetuo contulimus, Considerantes, quod ex tali recompensa predictis monialibus maior vtilitas proueniret. Ne vero factum tale in posterum infringatur ab aliquo, in presenti pagina testes, qui intereant, conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Testes vero, qui interfuerunt, sunt hii, Dominus Jaczo de saltwedele, Aluericus de kircowe, Albertus de nyendorp, Tiethardus de wuzstrowe, Bodo de zaltwedele, Johannes de Redekistorp, et alii quam plures. Acta sunt hec in zaltwedele, Anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXV<sup>o</sup>., Indictione VIII<sup>a</sup> XV kalendas may.

VII. Die Markgrafen Johann und Otto bestätigen dem Kloster Arendsee das ihm von Johann und Gebhard von Blotho geschenkte Dorf Wendisch Rägelin, am 19. August 1235.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Johannes et Otto, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Cum ecclesia in Arnse de parentum nostrorum proprietatibus sit fundata pariter et dotata, nos parentum nostrorum piam deuocionem imitantes eiusdem ecclesie debemus honorem et vtilitatem in quantum possumus non immerito sublimare. Noscunt igitur tam presentes quam posteri, Quod nos pie deuocionis intuitu predictae ecclesie et sanctimonialibus in eodem loco sub regula sancti Benedicti deo seruientibus ad sustentacionem villam, que dicitur Wendeschen Rogelin cum omnibus bonis eiusdem ville adiacentibus, quam Johannes et Gheuehardus, fratres de Plote memorate ecclesie cum omni iure, tam in pascuis, quam in agris, paludibus, aquis et siluis pro salute animarum suarum deuote contulerunt, Benigne confirmantes in hiis scriptis; Indulsumus eciam quidquid Juris nostri videbatur esse in ipsa villa seu in bonis antedictis, videlicet Peticiones, Exactiones, opera, que Burchweroc vocantur, Expeditiones, que wlgö herseilt vocantur, et omnia, que wlgö dicuntur recht vnde vnrecht, eo quod pro nostris progenitoribus ac pro suis benefactoribus, tam viuis quam defunctis, intercedere teneantur. Ne igitur vllus hominum ecclesiam sepedictam in villa ac bonis pretaxatis molestare presumat, Presentem paginam sigillorum nostrorum appensione duximus roborandam. Huius confirmacionis et dona-



cionis testes sunt Ghotfridus, Canonicus in Steyndal, Et Heynricus, in eadem ecclesia canonicus, Ghyfelerus, tunc Cappellanus curie, de laycis autem Wernerus Comes de luchowe, heynricus Comes de Zwerin, Gardolfus de hadmerfleue, fridericus de haffele, Tydericus dapifer, Rodolfus pincerna, fredericus de welle, Gherardus de Retuelde, et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec Anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXV<sup>o</sup>., XIII kalendas septembris.

VIII. Markgraf Otto überläßt zum Seelenheil des Ritters Albert Valie eine Hebung aus Neuwinfel dem Kloster Arendsee, am 20. September 1252.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Otto, dei gracia Brandenburgensis Marchio, omnibus in perpetuum. Quoniam ea, que temporaliter fiunt, cum temporis instabilitate pretereunt, necesse est, ea et uocibus testium et scripturarum munimine confirmari, Vt per ea Rem gestam possit in posterum posteritas conprobare. Notum igitur esse cupimus Crisi fidelibus vniuersis presentem litteram inspecturis presentibus pariter et futuris, quod nos ob reuerenciam dei omnipotentis et Remuneracionem vite eterne et ad petitionem dilecti fidelis nostri Alberti militis dicti Valie, seruiciis suis multiplicibus, que nobis exhibet et exhibuit indefesse ammoniti et inducti, vnum chorum Siliginis in villa nyenwinkele situm, quem dictus Albertus pro suorum promerenda Indulgencia peccatorum de suis elemosinis comparauit, Ecclesie in Arnesse contulimus cum omni Jure, quod habuimus in eodem, liberaliter ac proprietatis tytulo perpetuo possidendum. Vt autem hec nostra donacio inconuulsa permaneat, et ne in posterum ab aliquo heredum siue posterorum nostrorum valeat immutari, presentem litteram super eo in testimonium dandam duximus appensione sigilli nostri arcus communitam. Huius autem rei testes sunt Johannes de Rossow, Johannes de perleberg, Conradus de Osterborch et Johannes de Crakow, et alii quam plures. Datum apud Arneborch per manum heinrici, Canonici Stendalensis, Curie nostre Notarii, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LII<sup>o</sup>., XII<sup>o</sup>. kalendas octobris, Indictione X<sup>a</sup>.

IX. Markgraf Otto bereignet zu seinem Seelenheil dem Kloster Arendsee das Dorf Wendisch Gugin, am 2. August 1253.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Otto, dei gracia Brandenburgensis Marchio, omnibus in perpetuum. Ne quod a nobis ad laudem dei agitur, cum tempore defluente transeat et labatur, necessario requiritur et est iustum, Vt hoc per scripta autentica et testium voces



confirmetur, per que res gesta ad noticiam deuenire valeat posterorum. Notum igitur esse volumus tam presentibus quam postfuturis Cristi fidelibus vniuersis prefens scriptum visuris, quod nos propter amorem dei et desiderium future glorie, que in nobis reuelabitur misericordiarum domino concedente, et ad honorem gloriose semper virginis marie, Ecclesie in Arneffe proprietatem ville Slaualis, que Gutzin vocatur, dedimus animo liberali cum omni Jure, quod nos habuimus in eadem, vel quod nobis aut nostris heredibus in ipsa posset cedere in futuro, firmam spem fiduciam gerentes, quod Sanctimonialium dicte ecclesie preces apud deum et Beatam virginem nobis debeant delictorum nostrorum veniam impetrare. Vt autem hec nostra donacio perpetuum robur obtineat et vigorem, et ne in posterum a quoquam heredum seu eciam successorum nostrorum mutari valeat vel infringi, presentem paginam conferibi super eo iussimus et Sigilli nostri munimine roborari. Huius rei testes sunt Domina Beatrix, Inclita vxor nostra, Johannes, primogenitus noster, Conradus, filius fratris nostri, Adolphus Comes de dannenberch, Johannes de Rossowe, Johannes Gans de perleberg, Olricus de Crughe, Georgius de hydaker, Johannes de Crakowe, Ericus de Gardelegen, et alii quam plures. Datum Arneffe per manum heinrici, canonici Stendalensis curie Notarii, Anno domini M°. CC°. LIII°. In die Beati Stephani pape, Indictione XIa.

X. Ablassbrief des Bischofes von Schwerin für das Kloster Arendsee, vom 13. Januar 1271.

Hermannus, dei gracia Zwerinensis episcopus, Vniuersis Cristi fidelibus presentes litteras audituris salutem in domino. Si ad ecclesias et loca deo dicanda benigne dirigimus aciem mentis nostre et eorum profectibus intendimus diligenter, Nedum exinde retribucionis merita, sed eciam laudis preconia consequimur temporalis. Hinc est, quod nos omnibus Cristi fidelibus vere confessis et contritis, qui dilectis in Cristo Priorisse et conuentui sanctimonialium monasterii in Arneffe Verdenfis dyocesis ad fabricam et ad sustentacionem earundem, cum eis proprie non suppetant facultates, manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies et karenam de iniuncta ipsis penitentia misericorditer relaxamus, cum adhibicione consensus dyocesani, presentibus post quinquennium minime valituris. Datum Arneffe, in octaua ephiphanie, Anno domini M°. CC°. LXXI°.

XI. Die Markgrafen Otto und Albrecht überlassen dem Kloster das Dorf Kläden, am 4. Juli 1271.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Quemadmodum tempus mobile est et semper defluens fluit, ita cum tempore temporales defluunt actiones, Sole enim res diuine perfectissime



sunt, humane vero generis condicio in futurum decurrit, et nichil est, quod in ipsa perpetuo stare possit. Voce igitur testium indiget et testimonio litterarum. Nam fidele testimonium habet scriptura, que hominibus intereuntibus ea, que sibi commendantur, non finit aliquatenus interire. Hinc igitur est, quod nos Otto et Albertus, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, Notum facimus Vniuersis tam presentibus quam futuris et tenore presencium protestamur, quod nos ecclesie sancte Marie in Arneffe, vt ibidem domino seruientes sanctimonialia eo vberius perpetuo sustententur, vtque ibi progenitorum nostrorum in diuinis obsequiis memoria indeficiens habeatur, villam Clödene cum aduocacia et omni Juris potestate, proprietate ac feodo donamus propriam et perpetuo possidendam, Ita quod nec per nos nec per nostros succedentes nobis heredes peticio exactoria de hiis bonis, que scilicet peticio Bede wlgari teutonico nominatur, in perpetuum requiratur. Insuper vniuersa priuilegia, que nostri progenitores ecclesie supradicte super quibuscunque articulis tradiderunt, scripto, testibus ac Sigillis presentibus confirmamus. Huius rei Testes sunt Dominus Luchardus de meinersem vir nobilis, Et ceteri nostri milites et vassalli henricus de Wodenwege, Arnoldus de Jaghowe, Gheuehardus de aluenfleue, Wernerus de Sculenborch, Conradus de Stendale Marscalcus, reynoldus de karstede. Vt autem hec omnia supradicta per nos ac per nostros heredes in perpetuum inuiolabiliter obseruentur, Presentem paginam inde conscribi fecimus et sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Datum zoltwedel, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXI<sup>o</sup>., Nonas Julii quarto.

XII. Die Markgrafen Otto und Albert überlassen dem Kloster Arensdorf eine Hebung aus Neulingen, am 5. Juli 1271.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Humane actiones a memoria hominum laberentur, si non litterarum testimonio firmarentur, fidele et enim testimonium habet scriptura, que intereuntibus hominibus ea, que sibi commendantur, non finit aliquatenus interire. Hinc igitur est, quod nos Otto et Albertus, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, Notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris tenore presencium protestantes, quod nos ecclesie sancte marie virginis in Arneffe Ad maiorem sustentacionem et protectionem sanctimonialium in eodem loco deo et sue piissime genitrici seruiencium Tres Choros Siliginis in villa Neylinghe donamus proprios et perpetuo possidendos, qui tres Chori dabuntur siue dari debent annis singulis de Campo slaicali, qui Stigreuelde in volgari teutonico nuncupatur. Huius donacionis Testes sunt nostri milites et fideles Henricus de Wodensuege, Rodolfus de ymbeke, Johannes frater suus, Conradus de Stendal Marscalcus, Johannes de Huelberghe, Reynoldus de karstede, Johannes de Cumelose. Vt autem omnia supradicta per nos et per Succedentes nobis heredes nostros imperpetuum inuiolabiliter obseruentur, ne quoque vlli super predictis dubium futuris temporibus oriatur, presentem paginam inde conscribi fecimus et Sigillorum nostrorum munimine Roborari. Actum et datum Arneffe, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXI<sup>o</sup>., tercio nonas Julii.



XIII. Ablassbrief des Bischofes Johann von Lithauen für das Kloster Arendsee,  
vom 8. Juli 1278.

Bonitate diuina frater Johannes lethoniensis episcopus ordinis domus teutonice Cristi fidelibus vniuersis hanc litteram auditoris Salutem et Benedictionem in domino Jesu Cristo. Vt ecclesia in Arneffe verdenfis dyocesis in honore beate marie virginis et Beati iohannis ewangeliste dedicata per nos promocionis suscipiat incrementum, omnibus et singulis corde contritis et ore confessis, qui dedicacionem eiusdem ecclesie visitauerint, quocienscunq̄ ibidem dedicacio ex debito celebratur, necnon in die ipsius Beate marie virginis et Beati Johannis ewangeliste ibidem patrociantis ex deuocione locum visitauerint et ecclesie manum porrexerint adiutricem, auctoritate omnipotentis dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, eorum meritis confisi, Centum dies et vnam karenam de iniuncta eis penitentia misericorditer relaxamus. Datum Arneffe, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXVIII<sup>o</sup>., in die kyliani et sociorum eius, V<sup>o</sup>. nonas Julii.

XIV. Die Markgrafen Otto und Albert vereignen dem Kloster Besitzungen in Gladigan und  
Drüsedau, am 20. Februar 1281.

Vniuersis Cristi fidelibus tam Posteris quam presentibus Otto et Albertus, dei gracia Brandenburgenses marchiones, salutem in perpetuum. Quoniam procliuē principalis fore maieſtatis culmen decet ad exaudiendum illorum iusta precamina, qui postpositis secularium vanitatum illecebris Cristo sub rigide famulantur religionis habitu, et in eo precipue ipsis auditum exhibere facilem, quod regi altissimo, per quem reges regnant, esse dinoscitur placiturum, Bonorum quidem operum celebracio, quibus deuotissime sanctimoniales in Arneffe nostris in cordibus predicabiliter adornantur, ex sue nos fragrancie delectamento gratificant, sicque gratificando delectant, quod ad honorem ipsarum et commodum ampliandum libenter assurgimus, et que ipsis proficiant in salute, liberaliter inuocamur, Congnoscentes igitur ipsarum et Clauſtri sui angustiam quoad temporalium detrimenta vtilitatibus earum quibuslibet ex affectibus iuxta debiti exigenciam compellimur insudare. Vnde licet Jacobus dictus de Breck ratione filiarum suarum, quas in prefato clauſtro Arneffe ad afferendum iugum domini suauissimum dedicauit, eidem clauſtro et personis inibi datori virtutum in voce exultationis iubilantibus ac leticie, chorum filiginis et dimidium in molendino Gladegow Vnumque chorum ordeī et tredecim pullos et octo denariorum solidos in villa Gladegow sitos, necnon eciam et duos choros filiginis in villa Drusedow locatos seu positos et annuatim soluentes, quos a nobis in pheodo ipse Jacobus possedit et habuit, donauit annuo colligendos. Nos nichilominus in gazophilacium domini partem aliquam iacentes, donacionem dictorum bonorum prehabito clauſtro factam, ratam et licitam, Immo utpote necessarium recensentes, proprietatem omnium bonorum premissorum ipsi clauſtro Arneffe pretaxato donamus et dedimus per nostre plenitudinem gracia et fauoris perpetuis temporibus possidendam, nichil Juris uel do-



minii in ipſis bonis nobis poſtmodum vſurpantes. Vt autem de facto huiusmodi nullis poſteriorum noſtrorum cuiuſpiam dubitacionis effigies inculcetur, quin forcius, perhenniter et inuolabiler obſeruetur, preſens ſcriptum fieri et figillorum noſtrorum affixionibus iuſſimus ſollempniter conſignari. Teſtibus ſubnotatis Venerabili Domino G. Brandenburgeni epifcopo, Domino Walthero de Bareboy, Arnolſo de Jagow, helmoldo de dreinleue, hinrico de wildenhagen, Wernero de Sculenborch et aliis quam pluribus teſtimonio fidei decoratis. Datum Sandow, Anno domini Milleſimo Ducentefimo octuageſimo primo, X<sup>o</sup>. kalendas Marcii.

XV. Die Markgrafen Otto, Albert und Otto vereignen dem Kloſter eine Hebung aus Bobene, am 1. Dezember 1281.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Nos Otto, Albertus, Otto, dei gracia marchiones de Brandenburg, reconnoſcimus et preſenti littera proteſtamur, Quod pro remedio animarum noſtrarum eccleſie Beate marie ſemper virginis in Arnſſe poprietatem donauiſus ſuper duobus Choriſ ſiliginis et vno chori [ſic!] ordeſ in vna Curia in villa Bobene, quos Errembertus, Miles de Rintorp cum omni Jure eidem eccleſie reſignauit, perpetue poſſidendam. Conceſſimus eciam ipſi eccleſie, quod a Curia et choriſ prenominitis nec a nobis nec a noſtris beredibus peticio debeat requiri, que bede teutonice nuncupatur. Igitur ut huius noſtre donacionis memoria iugiter teneatur, hanc paginam inde ſcribi iuſſimus et Sigillorum noſtrorum appenſionibus roborari. Teſtes ſunt Arnoldus Jaghowe, Rodolphus de ymbeke, Arnoldus de Bodenſtede et Conradus de konningheſmarke, Aliique quam plures fide digni. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXI<sup>o</sup>., kalendis decembris.

XVI. Ablaßbrief des Biſchofes von Minden für das Kloſter Arendſee, vom 1. Januar 1282.

Frater Otto, permiſſione diuina Mindenſis eccleſie epifcopus, omnibus preſentes litteras inſpecturis Salutem in omnium ſaluatore. Quoniam, ut ait apoſtulus, omnes ſtabimus ante tribunal Criſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſiue bonum fuerit ſiue malum, oportet nos diem meſſionis extreme miſericordie operibus preuenire ac eternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere mereamur in celis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quod qui parce ſeminat, parce et metet, et qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur deo deuote Sanctimoniales in Arneſſe diuinis continuo laudibus inſiſtentes continuam indigenciam paciantur, Vniuerſitatem veſtram rogamus et in



domino exhortamur, quatenus eisdem pias elemofinas et grata caritatis beneficia impendatis. Nos vero omnibus, qui predicto loco manum porrexerint adiutricem, de omnipotentis dei et Beatorum apostolorum petri et pauli confisi misericordia, quadraginta dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus, consensu dyocesani episcopi accedente. Datum Sehufen, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXII, kalendis Januariis. Predictam eciam indulgenciam in diebus patronorum et in anniuersario dedicacionis ecclesie extendentes.

XVII. Die Markgrafen Otto, Albert und Otto vereignen dem Kloster eine Hufe bei Seehausen, welche Ritter Hermann Hunger ihnen aufgegeben hat, am 25. Mai 1283.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis omnibus in perpetuum. Nos dei gracia Otto, albertus et otto, Marchiones Brandenburgenses presentibus protestamur, quod decimam vnius mansi magni siti Juxta zehufen apud aquam, que Aland dicitur, quam nobis dominus Hermannus miles, dictus fames, et eius filii resignarunt, contulimus ecclesie sanctimonialium in Arnesse ordinis sancti Benedicti cum omni Jure perpetuo et libere possidendam. Et ne quidquam molestie eisdem sanctimonialibus super eadem possessione possit in posterum suboriri, presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus communiti. Acta sunt hec Sehufen, Presentibus Ludolfo preposito in zehufen, Arnolde de Jaghowe, helmiro louekone, Militibus, et aliis fide dignis. Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIII<sup>o</sup>, VIII kalendas Junii.

XVIII. Ablassbrief des Bischofes von Trient für das Kloster Arendsee, vom Jahre 1285.

Frater heinricus, dei et apostolice sedis gracia Tridentinus episcopus, Vniuersis Cristi fidelibus Verdenfis diocesis salutem et veram in domino caritatem. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Cristi, recepturi prout in corpore gessimus siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quod qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Nos itaque volentes fidelibus populis, sicut ex debito pontificalis officii tenemur, ad optinenda regni celestis premia suffragari, quod vtique tunc fieri certissime creditur, cum per graciam diuinam Indulgenciam consecuti fuerint delictorum, omnibus Cristifidelibus, qui monasterio sanctimonialium in Arnesse Verdenfis dyocesis manum porrexerint adiutricem, vel ad ipsum locum ex deuocione in festis subscriptis, videlicet dedicacionis et pa-



tronorum ecclesie et precipuis festiuitatibus ordinis, accefferint, XL dies et karenam de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus, ita tamen si venerabilis domini dyocesani episcopi consensus accefferit et voluntas. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXV<sup>o</sup>.

XIX. Ablassbrief des Bischofes von Augsburg, vom Jahre 1285.

Nos, dei gracia auguftane ecclesie Episcopus, Vniuersis Cristi fidelibus Salutem et veram in domino karitatem. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Cristi, recepturi prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire ac eternorum intuitu feminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quod qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Nos itaque volentes fidelibus populis, sicut ex debito pontificalis officii tenemur, ad optinenda regni celestis premia suffragari, quod tunc certissime fieri creditur, cum per gratiam diuinam indulgentiam consecuti fuerint delictorum, omnibus Cristifidelibus, qui monasterio sanctimonialium in Arnesse manum porrexerint adiutricem, vel ex deuotione ad ipsum locum in festis subscriptis, videlicet dedicacionis et patronorum ecclesie et precipuis festiuitatibus ordinis accefferint, XL dies et karenam de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus, Ita tamen si venerabilis domini dyocesani episcopi consensus accefferit et voluntas. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXV<sup>o</sup>.

XX. Ablassbrief des Bischofes Heinrich von Havelberg.

Heiricus [sic], dei gracia Havelbergensis episcopus, Vniuersis in Cristo fidelibus presentes litteras auditoris Salutem in domino. Si ad ecclesias et loca deo dicata benigne dirigimus aciem mentis nostre et eorum profectibus intendimus diligenter, Nedum exinde retribucionis merita, sed eciam laudis preconia consequimur temporalis. Hinc est, quod nos omnibus Cristi fidelibus vere confessis et contritis, qui dilectis in Cristo Priorisse et Conuentui sanctimonialium monasterii in Arnesse verdenfis dyocesis ad fabricam et officinas eiusdem ac ad sustentacionem earundem, cum eis proprie non suppetant facultates, manum porrexerint adiutricem, de omnipotentis dei misericordia et Beatorum apostolorum petri et pauli confisi misericordia, quadraginta dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus, In festis domine nostre, scilicet Natiuitatis domini et Assumpcionis sancte marie et natiuitatis eius et in octauis eorundem, et in sollempnitatibus patronorum, scilicet sancti Johannis ewangeliste et sancti Johannis Baptiste et Apostolorum Petri et Pauli et



sancti Nicolai et sancti Benedicti et in octavis eorum, et in anniuersario dedicacionis ecclesie et in consecracione altarium, consensu dyocesani episcopi accedente.

**XXI. Arnold von Bodenstede stattet seine Tochter für das Kloster mit Hebungen aus Rademyn und Biffem aus, am 14. August 1289.**

In nomine domini Amen. Ne ea, que aguntur in tempore, simul cum tempore defluant et euanescent, necesse est, ut per litteras et testium inscriptionem robur accipiant perpetue firmitatis. Ea propter notum sit vniuersibus tam presentibus quam futuris, Quod Ego Arnoldus miles dictus de Bodenstede donauit ecclesie et Conuentui in Arnesse cum Mechtildi filia mea, que se ibidem voluntarie et proprio motu obtulit domino Jesu Cristo, tres Choros in Redditibus in villa Rademyn cum omni Jure, sicut ego ipse vsque in diem habui hodiernam. Preterea erogauit dicte filie mee vnum chorum in villa viffim temporibus vite sue libere possidendum, qui ad suos fratres redibit ipsius post decessum. Si vero ecclesia prefata bonorum predictorum in Rademyn proprietatem vellet in posterum comparare, in hoc ipsam ecclesiam non deberem impedire, neque filii mei neque aliquis ex parte nostra, sed proprietate obtenta debeo ipsa bona voluntarie resignare. Si autem dicta ecclesia proprietatem consequi non valeret, et alicui bona prefata, qui mee esset condicionis vel qui meo omagio nollet esse subiectus, vendere vellet, tunc bonis renunciare deberem similiter antedictis. Sed si alicui dicta bona, qui ea de me in feodo vellet tenere, a prefata ecclesia venderentur, illi teneor ipsa bona conferre seu concedere, seruiicio deposito quolibet et excepto. Ne igitur alicui in posterum de premillis aliquid dubium oriatur, presentem paginam inde conscriptam domini Werneri de Sculenborch et domini henrici fratris mei ac domini Henninghi de Chartowe sigillis, quia ipse proprio careo sigillo, In euident feci testimonium roborari. Testes vero huius facti sunt Dominus Syfridus de Walfstove, Dominus Johannes de krughe, dominus Wernerus de Sculenborch, Deminus henninghus de Chartowe, Dominus henricus de Bodenstede frater meus, et Johannes de bodenstede meus confanguineus, Et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno Incarnacionis domini M°. CC°. LXXXIX°, in Crafino beati Johannis Baptiste.

**XXII. Der Rath zu Salzwehel bekundet den Verkauf von Pächten aus der Mühle zu Gladigau an das Kloster, am 1. Januar 1291.**

Nos Albertus de dystorp, henricus pertzenal, Henricus de Mechowe, Johannes dordenthun, Thethardus felix, Johannes de Thuritz, Johannes de Luchowe,



Bertoldus de vlsen, Cristianus iuxta fontem, Godekinus de Stefowe, henricus de Brome et Heynemannus de Gorcke, Confules veteris ciuitatis Saltwedele, recongnoscimus et in noticiam vniuersalem cupimus tenere presencium deuenire, quod Thidekinus godechalci et Johannes stefow vendiderunt ecclesie et Conuentui sanctimonialium in Arneffe vnum Chorum Siliginis in redditibus annuis, quem habuerunt in molendino Gladegowe, cuius chori pheodum, quod dicitur lenwere, Thidekinus et Johannes predicti seruabunt seu tenebunt ad vsu[m] prefate ecclesie, donec ipsa ecclesia eiusdem chori proprietatem poterit obtinere, tunc vero debent antedictum pheodum resignare, quod eciam eorum heredes, si ad ipsos deuenierit, facere tenebuntur. Huius autem facti nos testes sumus, quod presentibus ciuitatis nostre Sigillo roboratis duximus affirmandum. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXXI, In circumsione domini.

**XXIII. Papsi Honorius IV. gestattet dem Convent, in Zeiten eines Interdicts bei verschlossenen Thüren still den Gottesdienst zu feiern, am 28. Juni 1293.**

Honorius episcopus, seruus seruorum dei. Dilectis in Cristo filiabus Priorisse ac Conuentui Monasterii de Arneffe ordinis sancti Benedicti verdensis dyocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica pijs votis et honestis petentium precibus fauorem beniuolum impertiri. Ea propter, dilecte in Cristo filie, vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu auctoritate vobis presencium indulgemus, vt, cum generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis Januis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pullatis campanis, nisi forsam causam dederitis interdicto, suppressa voce diuina officia celebrare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Reate, IIII. kalendas Julii, Pontificatus nostri anno Nono.

**XXIV. Ablassbrief des Pabstes Honorius IV. für das Kloster, vom 2. August 1293.**

Honorius episcopus, seruus seruorum dei, Vniuersis Cristi fidelibus per Moguntinam prouinciam constitutis Salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Cristi, recepturi prout in corpore gessimus, siue bonum, siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire et eternorum Intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quod qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de be-



nedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur dilectus filius Prepositus in Arneffe verdenfis dyocesis et sanctimonialis in eodem loco deo consecrate ad promocionem ecclesie sue diligenter intendant, nec ac hoc sibi proprie suppetant facultates, Vniuersitatem vestram monemus et hortamur in domino ac in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus eidem ecclesie pias elemosinas et grata subsidia erogetis, ut et ipsa ecclesia vestro valeat auxilio promoueri, et vos per hec et alia bona, que deo inspirante feceritis, possitis ad eterne felicitatis gaudia peruenire. Nos autem de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui predictam ecclesiam in Natiuitate beate virginis marie aut in Annuario dedicacionis die deuocionis gracia visitauerint, viginti quinque dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. Datum Reate, II. kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno nono.

XXV. Johann und Mathias von Jagow überlassen dem Kloster Arendsee das Lehn über den Schulzen in Kläden, im Jahre 1293.

Que geruntur in tempore ne simul labantur cum lapsu temporis poni solent in lingua testium vel scripture memoria perhennari. Hinc est, quod nos Johannes et Mathias dicti de Jaghow istius tenore pagine notum facimus tam presentibus quam futuris, quod vnus mansi et decem solidorum feodum, quod Scultetus sine villicus in villa Clodene de manu nostra tenuit, Pro salute et Remedio animarum nostrarum, patris nostri ac matris nostre, claustro in arneffe ad vsum sanctimonialium ibidem iugiter die noctuque domino famulancium contulimus omni Jure. Vt igitur hec donacio firma et inuolabilis perferret, eidem cenebio super hoc scriptum nostrum dedimus et illud Sigilli nostri appensione fecimus communiri. Testes huius donacionis sunt Ludolfus, quondam eiusdem claustri prepositus, Wernerus miles dictus de Sculenborch, Bodo miles dictus de Walfoue. Datum anno domini Millefimo ducentesimo XCIII°.

XXVI. Johann und Mathias von Jagow überlassen dem Kloster alle ihre Rechte auf 5 Hufen in Kläden (1293?).

Litteris presentibus protestamur, Quod nos fratres Johannes et Mathias dicti de Jaghowe omne Jus, quod habuimus in quinque mansis in villa Clodene, Sanctimonialibus in Arneffe donauimus propter deum. Ne igitur in Posterum exinde contencio oriatur, nostri sigilli munimine fecimus roborari.



XXVII. Markgraf Hermann schenkt dem Kloster Arendsee Besitzungen in Dessau und Heiligenfelde, am 24. Januar 1297.

Hermannus, dei gracia Brandenburgensis Marchio, omnibus presentem litteram inspecturis seu auditoris Salutem in omnium saluatore. Que geruntur in tempore ne simul recedant cum tempore, Expedit propter obliuionem hominum scripturarum testimonio perhennari. Hinc est, quod notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos proprio motu ac in remedium anime nostre, necnon in saluacionem progenitorum nostrorum pie memorie, dedimus et donamus cenobio ac conuentui in Arnse proprietatem duorum mansorum in Deffow, quos Conradus de Gladegow a nobis iusto pheodo possedit. Damus eciam eidem ecclesie ac Conuentui proprietatem quinque mansorum in hilghenuelde perpetualiter possidendam, quos Dominus Loneke noster fidelis a nobis habuit Jure pheodali. Et ne ex hoc aliquod possit oriri dubium, presentem litteram nostri Sigilli munimine fecimus communiri. Datum Arneborg, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XC<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>., In die thimothei Apostoli. Presentibus testibus infrascriptis Domino Bodone de Walltoue, Domino Cruccemanno, Domino Conrado Scriptore et aliis multis fide dignis.

XXVIII. Der Conuent des Klosters Arendsee bekundet eine Zuwendung, die ihm von einem Malchiner Bürger zu Werckenthin gemacht ist, am 9. Mai 1298.

Vniuersis Cristi fidelibus presenciam visuris uel auditoris Ludolfus prepositus, konegundis priorissa Totusque conuentus Sanctimonialium in Arnse cum deuotis oracionibus veram in domino karitatem. Ne ea, que geruntur in tempore, lapsu temporis a memoria hominum euanescent, expedit eadem scriptura uel lingua testium roborari. Nouerint igitur presentes et posteri, quod Guntherus, ciuis in malchin, nostro conuentui in Arnse prenominato duos mansos nostre ville Warghentin adiacentes, quos ab eodem in pheodo tenuit, in elemofinam et anime sue remedium cum omnibus prouentibus eorundem in proprium assignauit, tali condicione, vt eorundem mansorum prouentibus idem Guntherus vite sue pociatur temporibus, et vbicunq; locorum moratus fuerit, sibi octo tremodia annone, scilicet quatuor siliginis et quatuor ordei annis singulis et tempore debito, quamdiu vixerit, perfoluamus. Sed postquam memoratus Guntherus viam carnis migrauerit vniuerse, ad nostrum Conuentum prefati mansi cum vniuersitate, sicut est prehabitu, deuoluuntur. Verumptamen ob huius donacionis remuneracionem, cum primo fuerit nobis eiusdem obitus nunciatus, confestim sui memoriam in tricesimo et deinceps diem anniuersarii sui anno quocunq; reuoluto salubriter peragemus. Preterea extunc in qualibet ebdomada duas missas pro defunctis, vnam feria quarta, alteram die sabbati, anime sue infra nostrum conuentum procurabimus perpetuo celebrari. Ceterum de premissorum mansorum prouentibus vnam marcam denariorum ecclesie in Warghentin ad luminare Beate katherine ibidem patrone debebimus annis singulis constituere perfoluendam. Ne igitur hominum posteritas vacillet in posterum de premisis, consules ciuitatis malechin,



qui huic interfuerunt donacioni, petiuimus presens scriptum sui sigilli munimine in testimonium roborare. Nos quoque sigillum nostri conuentus presentibus in signum perpetue certitudinis duximus apponendum. Sunt autem testes huius facti Dominus martinus, plebanus in malechin, Dominus Johannes pomerinus (sic) in dargun, clerici, Et tunc temporis consules ciuitatis Malechin, videlicet Guntherus sepefatus, Thidericus Gubo, Johannes de pinnow, Johannes de vttekow, Wilbrandus, Gherardus Berenvreter, Thidericus de Brenns, hermannus de dukow, Item Hermannus de pifce, Johannes de Jeffin, et alii quam plurimi fide digni. Datum Malechin sub anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XCVIII<sup>o</sup>., Septimo Idus maii, feria sexta ante ascensionem domini proxima. Per manum hinrici, tunc rectoris scolarium in Malechin.

**XXIX.** Der Convent des Klosters Arendsee befundet, was Gerhard Wolf und dessen Bruder Johann von Gladigau ihm im Dorfe Sannem zugewandt hat, am 12. Mai 1298.

Vniuersis presenciam visuris siue auditoris Ludolphus, dei gracia prepositus, konegundis, Priorissa, et Conuentus ancillarum Jesu Cristi Monasterii in Arnse verdenfis dyocesis Salutem in virginis filio crucifixo. Noueritis, quod Gherardus lupus, cuius anima in Beatudine requiescat, in sui testamenti ordinatione de consensu et beneplacito Johannis, fratris sui, dicti de Gladegowe, Necnon legitimorum heredum suorum omnium, non solum pro sue anime salute, verum eciam cunctorum progenitorum suorum remedio, nobis et monasterio nostro duos Choros filiginis in villa Sannem in Curia henrici dicti de yedesse dedit et contulit perpetuo possidendos, Cuius curie cultor robore aduocacie, quam a predicto Johanne de Gladegowe pro nostra pecunia comparauimus, in solucione trium modiorum auene XX denarios annuatim censuali nomine et ad seruicia nobis et ecclesie nostre exhibenda et ad dandam mediam partem minute decime iugiter fit alstrictus. Verumptamen Alheidis et Mechchildis, sorores predictorum fratrum de Gladegowe, nostre moniales, de prehabitis duobis choris Siliginis vnum chorum, quoad vixerint, tollent et in suum usum conuertent, prout eis videbitur expedire, Ita videlicet, vt cum vna earum decesserit, medietas chori simul nobis conuentui cedet, Sed post mortem ambarum sepedictus chorus filiginis ad nos et nostram ecclesiam libere deuoluetur. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum vna cum sigillis honorabilium virorum domini Gheuehardi de Gyschowe et domini philippi de Stockem, eo quod presencialiter interfuerunt, presentibus est appensum. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XCVIII<sup>o</sup>., III<sup>o</sup>. ydus maii.



XXX. Markgraf Hermann genehmigt eine von Gerhard von Möllendorf vorgenommene Schenkung an das Kloster Arendsee, am 10. November 1299.

Hermannus, dei gracia Brandenburgensis Marchio et dominus de hennenberg, Omnibus Cristi fidelibus presentes litteras inspecturis Seu auditoris Salutem in domino sempiternam. Ne ea, que geruntur in tempore, Simul recedant cum lapsu temporis, Expedit acta hominum Sigillatis apicibus eternari, Cupientes itaque honesti militis Gherardi de molendorp, nostri fidelis dilecti, iustis petitionibus non deesse, Et eciam in remedium anime nostre fauorabiliter annuere votis suis, Duos choros sitos in villa Bocholte duri frumenti damus, tradimus et liberaliter assignamus, vt ad Claustrum Sanctimonialium in Arneffe cum omni Jure et proprietatis tytulo debeant perpetuis temporibus pertinere, eo Jure eciam possideant pacifice et quiete, quo nos vel nostri heredes debuissimus possedisse. Et ne ex hoc alicui fiat dubium, presentem litteram nostri sigilli munimine iussimus communiri. Testes huius sunt Hinricus et Gheuehardus fratres de Aluenfleue, Dreysekinus, Albertus de wodenfwege, Johannes Crusemark, nostri milites, Et alii quam plures fide digni. Actum et datum Arneburgh, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. nonagesimo nono, In vigilia beati Martini.

XXXI. Markgraf Hermann überläßt dem Kloster Arendsee zwei Hufen in Binnow, am 15. August 1303.

Hermannus, dei gracia Marchio Brandenburgensis et dominus de hennenberg, Vniuersis presentem litteram inspecturis Salutem in domino sempiternam. Ne ea, que geruntur, simul cum tempore euanelcant, expedit, acta hominum sigillatis apicibus eternari. Nouerint igitur tam posterum quam presentes, quod honorabilis viri domini henrici, prepositi in prizwale et Rectoris ecclesie in Arneborch, cappellani nostri dilecti, precibus inclinati Claustro et Conuentui sanctimonialium in Arneffe contulimus et dedimus, damus et conferimus in hiis scriptis Duos mansos in villa pynnowe situatos cum omnibus attinenciis et pertinenciis et vniuersis Juribus et vtilitatibus proprietatis tytulo in perpetuum possidendos, Transferentes in dictum claustrum et conuentum omne Jus possessionis, proprietatis et vtilitatis prefatorum manforum absque angariis et parangariis, precariis, exactionibus et seruiciis generis cuiuscunque. Renunciamus eciam omni Juri et vtilitati, quod nobis seu nostris successoribus de sepedictis mansis poterit in posterum deriuare. Vt autem hec donacio a nostris successoribus et officialibus firma et inuiolata permaneat, presentem litteram sigilli nostri munimine duximus communiendam. Testes autem huius sunt Dominus henricus de aluenfleue, Dominus Borchardus de Berenwinkel, Dominus henricus pincerna, et Dominus droyfiko dapifer, et dominus Rudolfus de Nembek Plebanus in Berlyn. Actum et datum in Spandowe, in Assumpcione beate virginis, Anno domini Milleesimo Trecentesimo tercio, et decimo octauo kalendas septembris.



XXXII. Ritter Philipp von Stockem verschreibt dem Kloster Arendsee mit seiner Tochter eine Hebung aus Tramm, am 4. März 1304.

Nos Philippus, miles dictus de Stockem, Vniuersi Cristi fidelibus hanc litteram visuris Salutem in filio virginis glorioso [sic!]. Nouerint vniuersi presentis pagine inspectores, quod nos cum nostra filia Greta donauimus conuentui sanctimonialium in Claustro Arneffe quatuor mansos soluentes III Chorom filiginis minus duobus modiis in villa Tramme cum omni Jure, sicut pater noster nobis ipsos hereditauit, libere et perpetuo possidendos. Vt igitur istud siue ista donacio firma sit et a nostris heredibus inuolabiler obseruetur post obitum nostrum, hoc milites subscripti nobiscum compromittunt, videlicet halto et hermannus fratres dicti de angeren, necnon Droyfeko de Crochere tunc temporis dapifer, qui simul nobiscum in Euidenciam huius danacionis et facti presentem litteram super hoc confectam sigillorum suorum appensione fecerunt communiri. Datum et Actum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>., feria quinta ante dominicam Letare, in castro Calue.

XXXIII. Otto und Gunzel, Herren zu Putlig, Hofmarschälle, bekunden, ihrerseits die zwei Hufen zu Pinnow dem Kloster Arendsee resignirt zu haben, am 2. Februar 1304.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis amen. Nos Otto et Guntzelinus, fratres, domini in potlyst et Marfcalci Curie brandenburgensis, omnibus Cristi fidelibus presentem auditoris continenciam seu visuris Salutem in omnium saluatore. Cum ex fragilitate condicionis humane hominum memoria Sit labilis, vita breuis, expedit, vt rite acta litterarum serie et fidelium testimonio perhennentur. Recongnoscimus igitur et presentibus publice protestamur, quod Jus pheodale de duobus mansis ville pinnowe, Juxta ciuitatem Osterborch adiacentibus, ecclesie in Arneffe generaliter cum omnibus pertinenciis et prouentibus Intuitu dei voluntarie resignauimus. Nos quoque oracionum et aliorum honorum operum Sanctimonialium ibidem in Anima et corpore participes fieri cupientes, ad laudem dei omnipotentis eiusque matris marie virginis perpetue, ad salutem quoque animarum, nostrarum videlicet et progenitorum, heredum ac successorum nostrorum, Jus nostrum, quod in predictis duobus mansis huc vsque habuimus, prefate ecclesie in Arneffe pure et libere donauimus propter deum. Vt autem hec nostra donacio a nostris Successoribus Inuolabilis perpetuo perseueret, Presens scriptum nostri Sigilli munimine fecimus communiri. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>., in festo purificationis beate virginis.



XXXIV. Bischof Friedrich von Verden bestätigt eine mildthätige Anordnung seines ehemaligen Propstes dem Kloster Arendsee, am 27. März 1308.

Fredericus, dei gracia Verdenfis ecclesie Episcopus, Vniuersis Cristi fidelibus presentem litteram visuris siue auditoris Salutem fructuosam et sinceram in domino karitatem. Cura pastoralis nos hortatur fideliter et ammonet, ut ad ea, que ob spem diuine retributionis a nostris subditis disponuntur, curemus adhibere operam efficacem. Ordinationem vero honorabilis viri domini Henrici, quondam prepositi in Arnse, nunc autem in kreueze, presentibus approbamus, scilicet elemosinam, quam predicto monasterio arnse siue virginibus Cristi ibidem deo Jugiter famulantibus assignauit, Confirmamus, nolentes hoc ab aliqua persona contradici, sed quitquit per prehabitum dominum henricum in elemosinis dandis ordinatum fuerit, ratum et inuolatum perpetue permanebit. In virtute igitur sancte obediencie et sub pena excommunicacionis perhibemus districtius in hiis scriptis, ne prehabita gracia ancillis Cristi predictis fauorabiliter deputata in perpetuum violetur. In cuius Rei testimonium Presentem litteram Sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VIII<sup>o</sup>., feria quarta post dominicam, qua cantatur Letare.

XXXV. Peter von Gardiz einigt sich mit dem Kloster Arendsee über einen Gütertausch, am 2. Juni 1309.

Ideo factis modernorum rationabiliter ordinatis cautela scripturarum apponitur, ne temeritas successorum accessum habeat malignandi. Ego petrus de Gardiz Notum esse cupio vniuersis, quod Conuentus beate marie virginis in Arnesse cum omni Jure possidebat vnum Chorum tritici In Curia dicta Scarpenhoue, Cum quo conuentu et Ecclesia Beate Marie Virginis in Arnesse permutacionem feci libero motu, Ita videlicet, quod antedictus conuentus Jure hereditario in perpetuum In curia mea dicta Coder sita apud Ciuitatem Sehufen vnum chorum tritici libere et quiete recipiat possidendum, Qui chorus predictus per meum curram in Ciuitatem zehufen, in quam domum sepiusdictus Conuentus voluerit, deportabitur annuatim, Hec [sic!] forma adiecta, Vt si aliquando alius Chorus tritici boni valoris et certitudinis in loco apto et commodo ad emendum cum omni libertate inueniatur, tunc prepositus sepedicti conuentus in Arnesse et antenominatus petrus de Gardiz addent seu component inter se ad dictam empcionem chori, si necesse fuerit, quilibet vnam marcam argenti stendalensis. Ne igitur alicui successorum meorum in posterum de meo facto seu permutacione dubium oriatur, presens scriptum dedi cum nominibus eorum, qui permutacioni predictae, cum fieret, affuerunt, et conscripsi Et Sigilli mei appensione communiui. Ego Johannes Miles de Gardiz ad maiorem euidentiam mei Sigilli appensione Roborauit. Nomina testium sunt hec Johannes Plebanus de Wancewere, frater Johannes de owlofen, Conradus de Boswede, hinricus de Boswede, hyfo de Gere, et alii quam plures. Noerint igitur vniuersi, quod nos Consules Ciuitatis zehufen ad instanciam Petri de Gardiz



multociens dicti permutacionem sepe nominatam, quam coram nobis cum honorabili viro Ludolpho preposito in Arnse bene ordinavit et debito fine terminavit, Ad maioris certitudinis caucionem cum sigillo [sic!] nostre ciuitatis firmavimus munimento. Datum et actum Sehufen, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. IX<sup>o</sup>., feria sexta post diem apostolorum petri et pauli, Quarto nonas Julii.

XXXVI. Die von Königsberg überlassen den Hof Schnellenberg bei Werben dem Kloster  
Arendsee, am 15. August 1309.

Ideo factis modernorum rationabiliter ordinatis Cautela scripturarum apponitur, ne temeritas successorum accessum habeat malignandi. Sciant ergo presentes et futuri temporis posteritas, quod nos Bertoldus miles, Ghiso, hinricus, Goceko dicti de konigesberghe famuli Conuentui et Ecclesie Sanctimonialium Beate virginis in Arnesse Curiam nostram dictam Snellenberghe, sitam apud Ciuitatem Werben, cum omni Jure, quod in eadem habuimus, cum duobus pullis, vnanimi consensu et motu libero et voluntate arbitraria donauimus et presentibus resignamus. Vnde ne donacionem nostram antedictam in posterum alicuius impediatur calumpnia aut obliuio deleat, vel alicui successorum nostrorum de facto nostro Iuste, bene et laudabiliter ordinato dubium oriatur, presentem paginam cum nominibus eorum, qui donacioni predictae, cum fieret, interfuerunt, conscripsimus et Sigilli nostri firmavimus munimento. Nomina testium sunt hec Johannes Plebanus in Crughe, Johannes Plebanus in hilghenuelde, Bertoldus plebanus in Cowlitz, Gherardus plebanus in Clodene, Theodericus miles dictus de Retuelde, Johannes miles de Rore, heyso dictus de Ghere, Stargarde, Conradus dictus de Wentmarke, famuli, et alii quam plures fide digni. Nouerint igitur vniuersi, quod nos Conules ciuitatis Werben ad petitionem honorabilis viri Domini Ludolphi, prepositi Sanctimonialium Beate Virginis in Arnse, neenon Bertoldi militis et filiorum suorum supradictorum famulorum de konnigesberghe donacionem sepe dicte Curie, videlicet Snellenberghe, quam coram nobis debito modo siue decenti ordinauerunt et precise terminauerunt. Ad maioris certitudinis caucionem Sigilli nostri appensione fecimus Roborari.

XXXVII. Graf Nicolaus von Danneberg stattet die Tochter des Ritters Philipp von Stocem für das Kloster Arendsee aus, am 21. Juni 1311.

In nomine domini Amen. Nos nycolaus, Comes de dannenberghe, dei gracia omnibus Cristi fidelibus prefencia visuris et Audituris Salutem in virginis filio Benedicto. Quoniam



nullius rei memoria in hoc habet feculo firmitatem, si non litteris et scripturis perpetue robur acceperit firmitatis, In noticiam igitur vniuersalem prefencium tenore volumus deuenire, quod ad sustentationem Sanctimonialium deo seruiencium in Arneffe quator mansos soluentes III choros filiginis minus duobus modiis in villa dicta Tramme, in lignis, pascuis, cum omni Jure, agris et proprietate, quos mansos dominus philippus miles dictus de stockem a nobis habuit et cum filia sua in Cenobium sanctimonialium in Arneffe contradidit, ob honorem et Reuerenciam gloriosissime marie genitricis eiusdem virginis intemerate necnon sancti Johannis apostoli et ewangeliste donauimus quiete et perpetue libere possidendos. Et vt huius donacionis certa permaneat prerogatiua, hoc Scriptum sigilli nostri impressione confirmamus. Huius donacionis Testes sunt henricus nobilis comes de luchowe, Albertus miles de Aluenfleue, Otto miles de dannenberghe, Henricus miles dictus Clitzing, Thidericus miles dictus de Dozing, Bodo miles dictus de knesbeke. Datum Dannenberghe, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XI<sup>o</sup>., XI<sup>o</sup>. kalendas Julii, in die Beati Albani martiris.

XXXVIII. Die von Garthow überweisen dem Kloster Arendsee Gebungen aus Lieften, im Jahre 1312.

Ad perpetuam rei geste memoriam. Nos Befeke, helmerus, Johannes, Conradus et Borchardus fratres, filii domini heninghi, militis dicti Rufi pie memorie, de Garthowe, omnibus hanc paginam visuris vel auditoris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quoniam ea, que geruntur in tempore, simul eciam cum tempore labuntur, nisi scripture testimonio roborentur, hinc est quod nos fratres predicti recongnoscimus in hiis scriptis publice protestantes, Quod de vnanimi consensu donauimus et assignauimus monasterio Sanctimonialium in Arnse cum nostra Sorore, quam eiusdem monasterii Sanctimoniales in suum receperunt collegium, duos Choros filiginis cum dimidio in villa Lyften percipiendos de Curia infra scriptis, Videlicet in Curia hermanni dicti de Berkowe viginti octo modios, In Curia Johannis dicti de pekolt quatuordecim modios, In Curia Willekini prope transitum octo modios cum dimidio, In Curia Thiderici tres modios cum dimidio, et in Curia Johannis de Benekendorpe Sex modios, annis singulis siue quolibet impedimento perpetuo persoluendos. Sin autem, quod absit, annona iam dicta non solueretur, tunc prepositus monasterii prelibati per suos seruos vel nuncios de bonis iam narratis ipsam impignorando extorquebit. Ne vero prenominata bona deteriorari contingat, nos neque nostri successores eorundem bonorum possessores seu colonos molestabimus vel grauabimus quoquomodo. Preterea noster patruus Befeke omnibus iuribus, que habuit in eisdem bonis vel habere videbatur, cessit penitus et resignauit, facta sibi recompensacione de nostris aliis redditibus competenti. Vt igitur hec omnia firma et inuiolabilia permaneant et a nullo postmodum infringi valeant, Presentem paginam sigillorum, videlicet nostri, domini hinrici de dreyleue, domini frederici, domini heninghi, fratrum de Gartowe, domini Thiderici, domini Bernardi, domini Werner, fratrum de Schulenborch, Militum, munimine duximus roborandum [sic!] Testes huius facti sunt



dominus Amilius Sacerdos, Hinricus dictus Thuritz, Thidericus Godeschalei et Johannes Stefow, alique quam plures fide digni. Datum anno domini Millefimo CCC°. XII°.

XXXIX. Bischof Nicolaus von Verden gewährt der neu erbaueten Kirche zu Lindberge einen Ablass, am 30. Mai 1314.

Nicolaus, dei gracia Verdenfis ecclesie Episcopus, Vniuersis Cristi fidelibus presentem litteram visuris siue auditoris Salutem sempiternam et fructuosam in domino karitatem. Ad deuotionis ardorem et Opera misericordie Cristi fideles quosuis accendere Cupientes, Omnibus vere penitentibus, Contritis et confessis, qui Ecclesie Beate marie et Beate katherine in Lintberghe nouiter edificate et per nos Consecrate manus porrexerint adiutrices, Vel qui sacerdotem cum corpore dominica infirmos visitantem cum vera contricione secuti fuerint, seu qui Cymiterium ipsius ecclesie circuerint faciendo memoriam in suis oracionibus fidelium defunctorum, pro quolibet circuitu, Auctoritate dei omnipotentis et Apostolorum eius petri et pauli et nostra confisi, XL dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer in domino relaxamus. Datum Geckeleue, Anno domini M°. CCC°. XIII, tercio kalendas Juni.

XL. Nicolaus und Johann, Herren zu Werle, bestätigen dem Kloster Arendsee den Besitz von Werckenthin, am 2. October 1314.

Nos nicholaus et Johannes, dei gracia domini de werle, et Johannes, eadem gracia domicellus de eodem, Vniuersis prefencia visuris seu auditoris in domino cupimus esse notum, quod nos vnanimi consensu, habito consilio nostrorum fidelium, villam warkentin, quondam per hinricum, dominum de werle, nostrum patrum bone memorie, domino Johanni de Getze pro quadam pecunia obligatam, Quam dominus Ludolfus, prepositus monialium in Arnesse, ad vsus eiusdem ecclesie in Arnse redemit ab heredibus militis antedicti, ecclesie monialium in Arnesse simpliciter propter deum Cum omni Jure, maiore iudicio et minore, et cum precaria tam maiore quam minore, sine seruicio vrano, cum omnibus suis attinenciis et vsufructibus in agris cultis et incultis, siluis, pascuis, paludibus, nemoribus, viis et semitis, et simpliciter, sicut sub propriis terminis continetur, Similiter capturam piscium in dimidio stagno et fluenti aqua, que pena vocatur, Et de fluuio Zuzina vsque ad filuam quercinam infra malchin et warkentin vsque ad fossata, que Vosgrouen dicuntur, vsque in fluuium pene per descensum, libere contulimus perpetuo possidendam sub eisdem libertatibus et prerogatiuis, sicut kazimarus et Wartiflaus eius filius et



postmodum Nicolaus et Johannes fratres, domini dicti de Rozftoch, ipsam villam warken-  
tin predictae ecclesiae antea contulerunt. Ne igitur aliquem de nostris successoribus super hiis du-  
bitare contingat, nostra sigilla ad horum confirmationem presentibus sunt appensa. Testes sunt  
Conradus de Cremon, Hermannus de Wokenstede, Tesmarus, Conradus vos,  
Conradus de Lankowe, Wfchade, Otto de Retfowe, Clawes kabold, Rolofh  
Barold, Johannes de hauerberg, Hermannus de Ruppifhagen, Ludeke descin,  
Conradus predole, milites, Johannes et vicko fratres dicti pritzebur, famuli fide  
digni. Datum Guftrowe, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quartodecimo, feria quarta proxima post  
michaelis festum.

XLI. Johann Dufcowitz zu Demmin verzichtet auf Ansprüche an Werckenthin zu Gunsten des  
Klosters Arendsee (1314?)

Omnibus Cristi fidelibus hanc paginam inspecturis Johannes dufcouitz, castellanus in  
dymn, salutem in domino. Testimonium perhibemus hoc scripto, quod nos, timore dei correpti,  
ad instantiam Rodolfi prepositi, prouisoris ecclesie in Arneffe, a quo eciam pecuniam accepi-  
mus, quod quiddam Juris habuimus in villa Warghentin, quam dominus kazimarus eidem  
ecclesie contulerat, resignauimus, et ne nobis reiterandi, uel posteris nostris calumpniandi detur  
occafio, hoc factum sigilli nostri appensione mundauimus.

XLII. Die von Gladigau überlassen dem Kloster Arendsee die Mühle zu Gladigau,  
am 4. Mai 1318.

Omnibus hoc Scriptum uisuris siue audituris Henninghus et Otto, famuli, fratres dicti  
de Gladegowe, rei geste noticiam inmortalem. Vt ea, que per nos digna relatu geruntur, a  
posterorum non fecernantur congnicione, tam natis manifestare desideramus quam nascituris, Quod  
nos, profectus nostri uertate ruminata, honorabili viro domino Bertrammo preposito monasterii  
in Arnse et suo Conuentui de amicorum nostrorum consilio et de conuincia matris nostre do-  
mine Ode, necnon de vnanimi voluntate omnium heredum nostrorum ac cunctorum, quorum inter-  
erat, molendinum in Gladegowe cum omnibus Juribus, pensionibus et attinenciis suis, quibus  
ad nos pertinuit seu pertinere uidebatur, Vendidimus hereditario Jure perpetuo possidendum. Cui  
preposito et suo Conuentui ius feodale, quod Wlgares Lenwere nominant, ipsius molendini in nostra  
reseruabimus potestate tandiu, quousque ab Inclito principe domino Woldemaro Marchione



brandenburgenfi dictum Jus pheodale seu ipfius molendini proprietat acquiri valeat, et nos dictum molendinum ore et manu resignabimus, quocumque a dicto preposito et Conuentu fuo fuerimus requifiti, et ad procurandum ius pheodale et proprietatem ipfius molendini a predicto domino marchione preposito et conuentui memoratis cum follicitudine operofa et attenta promptitudine ftudebimus fideliter laborare, Volentes ipfos de molendino predicto contra impetorem quemlibet confucto et modo debito warendare. Confitemur eciam, nos pecuniam, prout inter prehabitu prepositum et conuentum actum et conuentum et nos extitit plenius, recepiffe, omnibus excepcionibus et cuiuflibet Juris beneficio nobis et noftris heredibus in fepefato molendino iam vendito competentibus renunciantes. Pro fingulorum igitur et omnium obferuancia pleniori nos fide data preposito et conuentui antefatis promiffimus in folidum et promittimus in hiis Scriptis et ad maiorem promifforum certitudinem noftris et honorabilium virorum domini Bertoldi dicti de buz, Domini Johannis de Cruchere et domini Mathie de Jaghowe Sigillis procurauimus hanc litteram confignari. Datum Arnfe, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XVIII<sup>o</sup>., III<sup>o</sup>. nonas Maii.

XLIII. Die von Garthow überweifen dem Klofter Arendfee Gebungen aus Lieften,  
am 20. Mai 1319.

Nos Befeko, Helmerus, Johannes, Conradus et Borchardus fratres, filii domini henninghi militis quondam dicti Rufi de Gartowe, notum effe defideramus tam presentibus quam futuris et in noticiam ducimus fempiternam, Quod cum prioriffa et Conuentus Virginum Jefu Crifti monafterii in Arnfe ad noftras et amicorum noftrorum preces dilectam forem noftram in fuum collegium et in forem fpiritualem hylariter recepiffent, Nos itaque tante beniuolencie nobis in recepcione dicte fororis noftre exhibite pro noftre poffibilitatis modulo curauimus occurere, eidem monafterio et Conuentui in Arnfe cum confenfu matris noftre kariffime bona et vnanimi voluntate dedimus et donacione follempni donauimus duos Choros filiginis cum dimidio in villa lyften accipiendos et tollendos In Curiis fubfcriptis perpetuis temporibus poffidendos, In Curia Videlicet Hermanni dicti de Berkow XXVIII modios, In Curia Johannis dicti depekole XIII modios, in Curia Willekini prope tranfitum VIII modios cum dimidio, in Curia Thiderici III modios cum dimidio, et in Curia Johannis de benekendorpe VI modios annis fingulis exfoluendos, In quibus fcilicet Curiis Aduocaciam, Seruicium et hospitalitatem hactenus habuimus, Vnde nos cum confenfu eorum omnium, quorum merito vel de Jure eorum confenfus ad hoc requirendus erat, omnibus quorum intererat collaudantibus, vendidimus honorabili viro domino Bertrammo preposito, Prioriffe et Conuentui monafterii in Arnfe Aduocaciam, Seruicium et hospitalitatem predictarum Curiarum cum eo Jure, quo ad nos pertinuerunt hucusque, iugiter poffidendum, Nichil Juris vel domini in ipfis Curiis nobis vel noftris heredibus referuantes, Sed ipfas Curias Predictum monafterium cum onere penfionis, aduocacie, Seruicii et hospitalitatis liberaliter in perpetuum poffidebit, prout fuperius eft expreffum. Preterea ad resignacionem faciendam ore et manu et per litteras noftras prehabito preposito et Conuentui nos presentibus obligamus, necnon ftrennuis



militibus Thiderico, Bernardo et Wernero fratribus dictis de Schulenborch eciam ad manus dicti monasterii in hiis scriptis promittimus, quod cum dictum monasterium ius pheodale dictarum Curiarum, quod Wlgares lenwere nominant, siue proprietatem ipsarum Curiarum a domino Marchione procurare quiuerit, Extunc sine omni contradictione debebimus et volumus resignare. In cuius rei Testimonium presentem litteram Sigillorum nostrorum appenfionibus, qui Sigilla habuimus, atque Sigillorum dominorum frederici et henninghi fratrum de Gartowe, necnon dominorum Thiderici, Bernardi et Weneri fratrum de Schulenborch predictorum affixionibus fecimus consignari. Datum Arnfe, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XIX<sup>o</sup>., XIII<sup>o</sup>. kalendas Junii.

XLIV. Die Herzogin Anna vereignet dem Kloster Arendsee eine Hebung aus Gr. Ellingen, am 31. Mai 1320.

Nos Anna, dei gracia ducissa Slesie dominiacque Wratislaviensis et Arneborch, recongnoscimus publice per presentes, Quod deuotis in Cristo personis in Arnfe monialibus proprietatem vnus chori filiginis adiacentis in Curia Petri de Steghe et heysonis de Arneborch in magna Ellinge dedimus et presentibus donamus perpetuis temporibus duraturis. Testes huius sunt Henninghus konningefmarke, Helyas kannenborg, Philippus Eycstede, heyzo Bertekowe, Et alii quam plures fide digni. Datum Arneborch, In huius rei euidentiam, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>., Sabbato post festum corporis Christi, nostro sub Sigillo.

XLV. Bruning von Leppin verkauft Leppin und Cerne dem Kloster Arendsee, am 21. März 1322.

Omnibus hoc scriptum visuris siue auditoris Bruninghus dictus de leppyn, famulus, affectuosam ad omnia voluntatem. Que prouidorum virorum felix ordinat sapiencia, solent scripturarum fulciri testimonio, ne postmodum ambiguitatis scrupulus immisceatur. Ergo presentibus litteris profiteor et protestor, volens meum rationabile factum ad noticiam tam presentium quam futurorum peruenire, quod matura deliberacione prehabita Cum consensu omnium legitimorum heredum meorum, quorum nunc interest aut interesse poterit in futurum, rite et rationabiliter vendidimus honorabili viro domino Thiderico, plebano in Gartowe, preposito in Arneffe, et Conuentui monasterii ibidem duas villas, videlicet leppyn et Cerne, absque quolibet dominorum seruicio, Cum omnibus suis attinenciis, scilicet Terris, Nemoribus, Agris cultis et colendis, Cum aduocacia et pensionibus et cum omni Jure, quod vsque ad hec tempora in hiis habui vel in futuro habere



poteram, Jure hereditario libere in perpetuum possidendas. Vt predicta vendicio per me legitime facta tam a me quam a meis, qui pro tempore fuerint, successoribus inuolabiliter obseruetur, Ergo quoque in huius facti euidenciam et memoriam perhennem presens scriptum sigilli mei appensione duxi roborandum. Testes huius contractus sunt Dominus Albertus de Brezeke, prepositus in Creuese, Dominus Gherardus, plebanus in Gladegowe, presbiteri, Henninghus et arnoldus fratres de Rossowe, henninghus et henricus fratres de Jeditze, Nicholaus de Gore, Buffo de Gore, fredericus de molendorpe, famuli, et alii quam plures fidedigni. Nos vero quidam ex testibus supra nominatis ad maiorem certitudinem premissorum et euidens testimonium Sigilla nostra presentibus duximus litteris apponenda. Datum et actum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXII<sup>o</sup>., In dominica Letare qua cantatur.

XLVI. Herzogin Agnes von Braunschweig überläßt dem Kloster Arendsee das Eigenthum von Leppin, am 6. Juni 1322.

In nomine domini Amen. Dei gracia Agnes, ducissa Brunfwicccensis, vniuersis Cristi-fidelibus presentem paginam inspecturis Salutem et de bono in melius proficisci. Hominum Actiones propter temporis varietatem solent in obliuionem redigi et ex consequenti in errorem, qui est obliuionis mater. Ideirco necessarium est circa easdem et maxime circa tales Actiones, que diuinum cultum conspiciunt, litterarum perhenne testimonium, cum non possint alias perhennari. Quapropter nos Agnes predicta in noticiam presencium et futurorum hominum deducere cupimus per presentes, quod propter deum principaliter Ac in salutare Remedium Animarum nostre ac nostrorum progenitorum dominorum marchionum quondam Brandenburgeris clare memorie, necnon Ad deuotam Instanciam Jordani de Camp, fidelis nostri Aduocati, dedimus et presentibus litteris sollempniter donamus proprietatem veram et plenam super villam leppin Atque omnium pertinencium Ad eandem monasterio sanctimonialium in Arneffe Ac ipsis Sanctimonialibus presentibus et futuris perpetuo et pacifice cum omnibus suis metis et distinctionibus Agrorum, lignorum, pascuorum ceterorumque, de quibus specialis foret facienda mencio, possidendam, Renunciantes sollempniter dicte proprietati, quoad nos et nostros quolibet successores, et ne de hoc facto apud posteros dubium vel contencio oriatur, Hanc litteram de consensu expresso domini et ducis Brunfwicccensis, conthoralis nostri karissimi, dari iussimus, nostri Sigilli Robore sigillatam. In presencia Testium videlicet Ludolfi de hollege et Bertoldi de veltem militum, necnon hermanni de Luchowe, nostri Notarii, ad hoc specialiter vocatorum. Datum Thangermund, per manum hermanni eiusdem. Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXII<sup>o</sup>., dominica trinitatis.



XLVII. Knappe Henning von Garthow reicht der Schulzin Lucia in Büßen zwei Hufen zu Zühlen zu Lehn, am 16. September 1322.

Nouerint Vniuerſi copiam prefencium petitori, quod ego henninghus dictus de Chartowe [sic] famulus rite et racionabiliter contuli honorabili domine prefectiſſe Lucie in buſſen duos manſos In villa tzulen cum omnibus adherentibus cuiuſcunq̄e nominis fuerint eius ac veris heredibus tytulo pheodali libere perpetuis temporibus poſſidendos, Volens ipſam dominam Luciam de collacione habita, ſi quiſp̄iam Impeteret eam, quod abſit, reddere in omnibus liberam et indempnem. In cuius rei euidentiam et congnicionem ampliorem prefentem paginam conferibi feci, karactere Sigilli Gherardi de Chartowe [sic] mei patris beate memorie propter carenciam proprii figilli fideliter Roborata. Teſtes huius ſunt Niger Gherardus de Ghartowe [sic], Johannes de Redicſtorp, Rudolphus filius dicte domine, Johannes Clepelhorne, cum aliis plurimis fide dignis. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXII<sup>o</sup>., In craſtino octaue Natiuitatis glorioſe virginis.

XLVIII. Daß Kloſter zu Arendſee verſchreibt dem Dieterich Kerkun und ſeiner Gattin eine Leibrente, am 8. Januar 1323.

In nomine domini Amen. Ne facta hominum confundat mater erroris obliuio, litteris testimonialibus ſolent roborari, vt ad noticiam poſteriorum deducantur. Nos igitur Theodericus, dei gracia prepoſitus Sanctimonialium in Arnſe, necnon Margareta Prioriſſa ibidem notum facimus vniuerſis Criſti fidelibus, ad quos prefentes peruenerint, quod de pleno et perfecto conſenſu noſtri Collegii vendidimus Thiderico kerkun et ſue vxori margarete decem modios tritici quouis anno in feſto beati Martini ad vſus ſuos, quamdiu vixerint, ad Januas eorum prefentandos. Porro ſi ipſe vel ipſa ab huius carnis ergaſtulo migrauerit, ſuperuiuens medietatem tritici optinebit, Alia ſuccedet dominabus intra clauſtrum. Iſtis vero ambobus defunctis, predicti decem modii tritici ad eandem dominas ſpecialiter intra clauſtrum et non extra debeant ſuccedere, Vt ab eis omni anno eorum anniuerſarius in oracionibus eo deuocius peragatur. Huiusmodi decem modios Sanctimonialium poſt obitum amborum In villa primer ex duabus Curiis optinebunt, quas tunc temporis Coppekinus Brunowe et Johannes de Berne poſſederunt. Eciam ſi futurus prepoſitus dominas in huiusmodi percepcione preſumeret moleſtare, quod abſit, extunc ſcabinus et Conſules Ciuitatis Sehufen ex bonis viciniſſimis dicti Conuentus Arnſe Sitis prope Ciuitatem Sehufen ſine omni impedimento per pignoris extorſionem debeant extorquere. Dantes ſuper eo prefentes in euidentiam firmiorem noſtris figillis vna cum figillo ciuitatis Sehufen firmiter Roboratas. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXIII<sup>o</sup>., Sabbato quo cantatur venite adorate.



XLIX. Die von Ghure verlaufen dem Kloster Arendsee ihre Besitzungen zu Leppin,  
am 3. April 1323.

In nomine domini Amen. Ne propter labilitatem humane memorie res geste euanescent seu obliuioni in perpetuum tradantur, expedit, eas ad scripta redigi, per que ad posterorum noticiam transferantur. Nouerint igitur Vniuersi tam presentes quam poster, Quod nos Buffo et Bruninghus, fredericus, Otto et heninghus, fratres dicti de Ghure, libero animo et ex certo consensu et voluntate legitimorum heredum nostrorum vendidimus honorabili viro domino Thiderico preposito, Margarete priorisse totique Conuentui Sanctimonialium in Arneffe omnia bona nostra, que in villa lepyu hactenus habuimus, cum omni Jure et omnibus attinenciis, sicuti nos ea de Bruningho, nostro Suagero, habere dinoscimur, pro viginti marcis argenti Stendalenfibus in perpetuum possidenda, Nichil iuris in Bonis ville predictis nobis reseruantes, Immo omni iuri, quod nobis competebat, renunciauimus integraliter et ex toto. Huius vendicionis nostre testes sunt dominus albertus, prepositus in kreuefe, Arnoldus de Rossow, Nycolaus de Ghure, fredericus de molendorpe, Tydericus de Gholtbeke, famuli, et Plures alii fidei testimonio decorati. Vt igitur hec nostra vendicio firma et inuiolata permaneat, presens dedimus scriptum Sigillorum honorabilium virorum prepositi in kreuefe, Arnoldi de Rossow famuli atque nostrorum munimine Roboratum. Datum Rossow, Anno domini M°. CCC°. XXIII°, In octaua Pasche.

L. Anna, Herzogin von Schlesien, bestätigt dem Dietrich von Ketsfelde die Ausstattung seiner  
Tochter für das Kloster Arendsee, am 6. August 1323.

In nomine domini amen. Vt ea, que sub tempore fiunt, ne simul cum tempore labantur, necesse est, vt litteris auctenticis ac ydoneum voce testium robur accipiant perpetue firmitatis. Hinc est, quod nos Anna, dei gracia Ducissa Slesie dominaque Wratizlauenfis, ad noticiam vniuersorum tam presencium quam futurorum huius pagine testimonio volumus deuenire, quod constituti in nostra presencia Thidericus Reytuelde et thidericus suus filius, sani corpore ac bona eorum mentis valitudine, Curiam ipsorum in hertzuelde in nostra terra Schufenfi sitam cum vno manso et cum vno quartali agrorum, cum decima ac censu quindecim denariorum agrorum eorundem ac Judicio supremo Claustro, Arneffe nuncupato, in districtu Soltwedelenfi situato, necnon domine Priorisse Totique Conuentui ibidem cum duabus filiabus suis, sororibus dicti Thiderici filii sui, propter deum donauerunt et ad manus dicte Priorisse ac tocius conuentus libera ac spontanea voluntate Jure hereditario resignarunt. Nos vero dictam donacionem et resignacionem, dei intuitu ac diuine remuneracionis interuentu, ratam et gratam habentes, prefatam Curiam cum agris et omnibus vtilitatibus prenomatis, sicut dicti de Reytuelde et sui progenitores ipsam Curiam possederunt hucusque, supradicto claustro Arneffe et domine priorisse omnibusque sancti-



monialibus inibi commorantibus de nostra liberalitate contulimus et presentibus conferimus Jure hereditario ac proprietatis tytulo perpetue possidendam. In cuius Rei testimonium presentibus nostrum Sigillum duximus apponendum. Actum et datum in nostra Ciuitate Sehufen in die Beati syxti martiris et sociorum eius, Anno domini M°. CCC°. XXIII°. Presentibus domino Euerhardo preposito Berlynensi, Domino Nycolao preposito Sehufenfi, Domino Johanni [sic!] Cantore opachenienfi, dicto de Lodemaria, nostro cappellano, hinrico Rintdorp, nostro aduocato, Betkino deywede, Oycberto, Ciui in Sehufen, Ewerwino, nostro cappellano et notario, qui presencia habuit in commisso.

LI. Die von Reifelde dotiren ihre in das Kloster Arendsee aufgenommenen Schwestern mit Gebungen aus Primern, am 23. September 1323.

In nomine domini amen. Nos Thidericus de Rituelde Senior, Thidericus de Rituelde Junior ac henninghus de Rituelde Coram omnibus presenciam visuris recongnoscimus publice profitentes, quod ex matura liberalitate nostra donauimus nostris tribus sororibus in claustrum Arneffe canonice desponsatis vnum chorum filiginis cum decem modiis tritici in villa primer ex duabus Curiiis, videlicet: Ex Curia Coppe Brunowe dimidius chorus filiginis exsoluetur cum quinque modiis tritici, alius dimidius chorus exsoluetur cum quinque modiis tritici ex Curia Johannis de Berne, quouis anno in festo beati martini: hoc verumptamen adiecto, Si vna predictarum ab huius ergastulo emigraret, due superstites tantummodo prefatum chorum filiginis optinebunt, Sed decem modii tritici cedent Conuentui, duabus vero defunctis dimidius chorus cedit conuentui, dimidium chorum superuiuens optinebit, Hiis tribus defunctis idem Conuentus Integrum Chorum filiginis cum decem modiis tritici modo pretaxato perpetue et hereditarie possidebit. Ne quis vero huic donacioni ausu temerario audeat obuiare, Presentes iussimus conscribi et sigillo nostro vna cum Sigillis Ciuitatis Sehufen et discreti viri Hinrici de Runtorp, tunc temporis ibidem aduocati, firmiter Roborari. Testes sunt prefatus hinricus de Runtorp famulus, Otbertus, Boldewinus, Conradus aurifaber Senior, Ghiso de osterborch, Gherardus de Boben, Junior Conradus aurifaber, Gyfo Barfewis, hinricus de kerkow, Ebelinghus friso, tunc temporis Consules et Scabini in Sehufen et alii quam plures fide digni. Datum Anno domini M°. CCC°. XXIII°. In Craffino sancti Mauricii et Sociorum eius.



LII. Anna, Herzogin von Schlesien, bestätigt die Schenkung des Hofes Schnellberg dem Kloster Arendsee, am 25. März 1324.

Nos Anna, dei gracia ducissa Slesie Dominaque Wratiflauiensis et Arneborch, omnibus, ad quos presentes peruenerint, notum facimus publice protestantes, quod patentes litteras Bartholdi Militis, Ghisonis, hinrici, Gotzkini, famulorum de konninghefberghe, supra resignacione Curie Stellenberghe [sic] coram nobis per ipsos facta vidimus in hec verba. (Hier folgt die Urkunde No. XXXVI. mit dem Zusatze:) Acta sunt hec anno incarnationis dominice M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. IX<sup>o</sup>., infra octauam assumptionis beate Marie virginis. — Quam donacionem Nos Anna, ducissa wratitzlauiensis et domina in Arneborch, presentibus approbamus ratamque habere volumus et Sanctimonialibus Claufri Arnesse prefatam Curiam Snellenberghe (sic) conferimus cum omni Jure, proprietate, libertate et cum omnibus vtilitatibus, sicut eam prenominatus Bartholdus miles, Ghiso, hinricus, Gozeko de konninghefberge a nobis et a nostris antecessoribus habuerunt. Testes huius Confirmacionis et nostre Collacionis sunt Conradus Vinzelberghe, noster aduocatus, Hinricus Rintdorp, heyso Berthkowe, Betkinus deycwede, Arnoldus Roffowe, Ghiso Schonenberg, Gherwinus noster cappellanus, qui presencia habuit in commisso, et alii quam plures fide digni. Actum et datum Arneborch, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXIII<sup>o</sup>., dominica qua cantatur Letare iherusalem, sub nostro sigillo In euidentiam premisorum.

LIII. Ablassbrief des Bischofs Heinrich von Kiew, vom Jahre 1325.

Henricus, dei gracia Episcopus Ecclesie kyowienfis, Omnibus Cristi fidelibus presencia visuris, Salutem in domino dominorum. Loca sanctorum omnium pia et prompta deuocione a Cristi fidelibus sunt honoranda. Vt dum dei honoramus amicos, ipsi nos deo amabiles reddant, et ipsorum nobis quodammodo patrocinium, quod merita nostra non optinent, eorum mereamur intercessionibus optinere, Nos igitur vt per hec fideles Cristi quasi quibusdam premiis poterimus ad merita inuitare, Omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam Beate marie et Beati Johannis Baptiste in Arnesse in omnibus festiuitatibus precipuis, videlicet Natiuitatis domini, resurrectionis, Ascensionis et Penthecostes, in festiuitatibus omnibus Beate Marie, apostolorum, omnium sanctorum, dedicacionis et patronorum, deuote acceperint, qui corpus Cristi secuti fuerint, et circuitum cymiterii fecerint dicendo pro fidelibus defunctis oraciones salutares, et manus porrexerint ad fabricam eiusdem ecclesie adiutrices, XL dies indulgencie cum karenia de consensu dyocesani in domino misericorditer relaxamus. Datum Anno domini Millesimo trecentesimo vicefimo quinto.



LIV. Die von der Schulenburg verfaufen dem Kloster Arendsee das Dorf Graaz,  
am 25. Juni 1327.

Quoniam omnium habere memoriam potius est diuinitatis quam humanitatis, Ideo conscribi fecimus ea, que per nos rite gesta sunt, ne per obliuionem mortalium suffocantur. Innotescat igitur tam natis quam nascituris presentem paginam inspecturis, Quod Nos Thidericus, Bernardus et Wernerus, Milites, dicti de Schulenborch, matura deliberacione prehabita cum consensu omnium nostrorum legitimorum heredum, quorum intererat aut in futuro interesse poterat, mera vendicione vendidimus villam nostram Cratze honorabili viro domino Theoderico preposito necnon ecclesie et Conuentui sanctimonialium in Arneffe cum aduocacia et cum omni Jure, tam in filius quam in Agris, prout ipsam a nostris progenitoribus vsque in hunc diem habuimus, libere in perpetuum possidendam. Quam quidem villam nomine nostro ac heredum nostrorum ad manus dicte ecclesie referuare nos obligamus in hiis scriptis, quousque proprietatem nancisci poterit ville memorate. Si vero proprietatem consequi non valeret, Extunc nos et nostri, qui pro tempore veri fuerint heredes, ad manus sepedicte ecclesie in perpetuum tenebimur referuare villam supradictam. Vt autem hec vendicio perpetuum robur optineat et vigorem, et ne in posterum a quoquam nostrorum heredum mutari valeat uel infringi, presentem paginam conscribi super eo fecimus et sigillorum nostrorum appensione roborari. Testes sunt Honesti famuli, videlicet Bodo, Syfridus, Conradus et Bulfo, fratres, dicti de Walfoue, necnon Sifridus patruus eorum, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXVII<sup>o</sup>.. In Vigilia assumptionis Beate marie virginis gloriose.

LV. Markgraf Ludwig gestattet einen Verkauf Otto's von Velde an das Kloster Arendsee,  
am 1. Januar 1329.

In nomine domini amen. Obliuio sepe Iniuriatur memorie, et ex longinquitate temporis sepe fit, quod Res clara presentibus redditur obscura futuris, et sic interdum rescisa repullulant, suscitantur sopita, sepulta resurgunt, Vnde aduersus obliuionis dispendium prudentum cautela de scriptura prouidit. Hinc est, quod Nos Lodewicus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie marchio, Comes palatinus Rheni, Dux Bawarie, Sacri Imperii archicamerarius, Recongnoscimus per presentes, quod nostro consensu plenius accedente fideles nostri Otto de velde et Otto eiusdem filius Honorabili viro domino Thiderico, preposito ancillarum Cristi in Arneffe et plebano in Chartowe, Curiam, que dicitur Tegelhof, sitam in territorio werben cum duobus mansis minus vno quartali, et quandam aliam Curiam dictam kemerik cum vno manso et decem Jugeribus eidem Curie annexis, Et vnam decimam vnus mansi in villa, que dicitur Wentmarke, in eodem territorio, cum omni Jure et omni prouentu, sicut iidem possederunt, Justo vendicionis contractu vendiderunt. Nos quoque huiusmodi vendicionem approbantes prefatas curias et decimas



cum omni Jure et proprietate prefato domino Thiderico, preposito Sanctimonialium in Arnffe, damus, donamus, Renunciantes simpliciter et expresse omni Juri et vtilitati, quod vel que nobis aut nostris Successoribus competere possint in prefatis Curiiis et earum attinenciis vniuersis, Volentes nichilominus eundem prepositum dictis Curiiis vti et attinenciis earum Jure proprietatis possessione pacifica et quieta, Ita quod Idem dominus prepositus dictas Curias et Redditus conuertere potest in vsus sibi placidos et acceptos. In euidentiam igitur omnium premifforum presentes dedimus nostro Sigillo sigillatas. Presentibus testibus Reuerendo patre domino Lodowico Brandenburgensis ecclesie Episcopo, Johanne commendatore in Werben, et Hermanno plebano ibidem, Hinrico de fydown, Wenero de Arneborch, militibus, et Consulibus ciuitatis Werben, et pluribus aliis fide dignis. Datum Spandowe, Anno domini M<sup>o</sup>.CCC<sup>o</sup>. XXIX<sup>o</sup>., Octaua die natiuitatis Cristi.

LVI. Friedrich, Henning und Boldewin von Garthow überlassen dem Kloster Arendsee Besitzungen in Tiefen, am 1. Mai 1329.

Wy Frederik, Henningh vnde Boldewin, Bruder, geheyten van der garthow, kynder hern henninghes van der Garthow, dat eme god ghenedich sy, Bekennen vnde betughen an dessem openen breue, dat wy mit gantzer vulbort vnde mit willen al vser vrunt hebben verkost hern dydericke deme proueste vnde den vruwen to deme arnse dat halue schult ambacht in deme dorpe to lyften vnde twe wyspel rogghen pachtes, vyrdehalues schepels myn, dat kerclen vnde dat halue richte des fuluen dorpes to lyften an hals vnd an hant, an sraten vnd an weghen, an velde, an wyschen, an holte vnd an bruke, an water vnd an weyde, vry myt alleme rechte, alset vs vfe eldern hebben gheeruet, hir buten beschede wy dat richte bynnen tunes ouer vse vorlende gut, dat wille wy fuluen behalden. Vppe dat desse kop gantz vnde stede blyue van vs vnde van vsen rechten eruen, So hebbe wy vser dryer Ingheseghel to ener betughinghe ghehenghet an dessen bref. Des kopes sin tughe dy achbaren knapen Arnt van Roffow, Ghereke van Wustrow, Herman Hunger, Junghe Frederic van der garthow vnde sin bruder hinric mule vnde darto vel guder Lude, dem wol to louende steyt. Dit is gheschen na der bort vses heren dusent Jar dryhundert jar in deme neghen vnde twynteghesten Jare jn sunte Walburen daghe.



LVII. Die von Getlitz überlassen dem Kloster Arendsee ihre Besitzungen in Neulingen,  
am 10. August 1329.

Ich Henric, knape, van Getlitz geheyten, Bekenne vnd Betughe in desme Openen briue, das ich mid vryen willen vnde myd ganzer vulbort al miner eruen vnd myner vrunt hebbe vor-  
kofft heren dyderike den proueste vnd den kloster vrowen to dem arnesse vyf wischepel Rog-  
ghen pachtes alle jar vp to nemende vnd Elfte haluen schilling niger penninghe vnd twe Seillinc  
tyns vnde vifvntwintich hunre in deme dorpe to Neylinghe tu eyne rechten erue to behalden  
vnd to besittene vnde al dat ik hadde vnd hebbe in deme dorpe to Neylinge mit al sulckeme  
rechte, also ik dat hebbe beseten vnd my mine elderen hebben gheeruet. Darto Bekenne ik hen-  
ning, knape, Broder des henrikes vorbescreuenen knapen, vnd ich vicko, knape, vedder des  
seluen uorbescreuenen knapen henrikes, dy dar wonen in deme dorpe to gediz, Bekennen vnd  
Betughen openbar, dat wy vnd alle vse eruen af hebben ghelaten vnd latenn af van aller an-  
wardinghe vnd ansprake des vorbenomeden gudes in deme dorpe to neylinghe, vnd vortmer dat  
dicke vorbescreuene gut deme vorghefprokene closter myd guden willen holden wyllen eme to  
rechteme gude vnd to erer hant also langhe, want dat sy den eygendum moghen erwerben ouer  
dat gut in deme dorpe to Neylinghe. To desfer openbare Betughinge vnd volbort hebbe wy  
vse inghefeghele ghehenghet an dessen brif. Desfer dinghe vnd des kopes synt tughe alueric  
van Redichgestorp, knape, vnd her hinrik, perrer to Neylinghe vnd herman van Ney-  
linghe vnd darto vele anderer bederue lude. Desse bref is ghegheuen nach der Bort vses heren  
godes dusent Jar vnd dryhundert iar, in deme negenenvntwintigheften Jare, in deme heylighen  
daghe funte Laurencius.

LVIII. Otto von Velde befundet den Verkauf von Höfen bei Werben an das Kloster  
Arendsee, im Jahre 1329.

Cum ea, que in tempore Aguntur, cum temporis mobilitate dilabuntur, Vnde contingit,  
multa, que aguntur, a memoria recedere, nisi priuilegiis et Scriptorum et Sigillorum testimoniis ad  
memoriam reuocentur. Hinc est, quod vniuersis Cristi fidelibus volumus non latere, quorum prefens  
Scriptum interest seu interesse poterit in futuro, Quod nos famulus Otto dictus de velde et otto  
filius meus rite et rationabiliter vendidimus Domino Theoderico preposito Ancillarum Cristi in  
Arnesse et plebano in Chartowe Curiam, que dicitur Teghelhof, sitam in territorio Werben  
cum duobus manfis minus vno quartali, et quandam aliam Curiam dictam kemerik cum vno  
manfo et decem Jugeribus eidem Curie annexis, et Vnam decimam Vnius manfi in villa, que dicitur  
Wendemark territorio in eodem. Hec omnia vendidimus eidem preposito pro octoginta mar-  
cis stendaliensis argenti cum omni Jure et omni prouentu, sicut hactenus possedimus, perpetuo pos-  
sidenda. Nos quoque promissimus eidem horum bonorum proprietatem a principibus in libertatem



redigere et nichilominus Sigillum Ciuitatis werben in testimonium huius vendicionis facte presentibus apponendum in maiorem certitudinem ordinare. Hec autem bona sic empta Idem dominus Theodericus prepositus redigere poterit in elemosinas prout voluerit qualescunque. Testes, qui affuerunt et quibus eadem vendicio nota constat, sunt hi: Venerabiles viri et Religiosi fratres ordinis sacre domus hospitalis sanctique Johannis Jherosolymitani, videlicet fratres Johannes dictus de Bortfelde, commendator domus et fratrum conuentus ordinis eiusdem in werben, frater Hermannus, Plebanus Ecclesie in werben, frater Theodericus dictus krowel, presencium notularius, De personis secularibus Burgenfes ciuitatis Werben hii Affuerunt: Heyse de vngelinghe, Jacobus sartor, Volpertus de Snakenborch, Gherardus dictus pribdal, Laurencius, hinricus stolle, Hinricus de Scheninge, et alii quam plures fide digni. In cuius rei euidentiam nostrum sigillum cum Sigillo Burgenfum ciuitatis Werben dignum duximus presentibus apponendum. Datum et actum werben, Anno domini M°. CCC°. XXIX°, in Sabbato quatuor temporum Veni et ostende.

LIX. Die von Garthow geben dem Kloster Arendsee alle Rechte an Zühlen auf,  
am 2. August 1331.

Wy frederic vnde hinric vnde hans, veren hylleken sone, van der Garthow vnde henning, Gherardes sone van der ghartow vnde henning, hans Roloffes sone van der Ghartowe, bekennen openbare vnde dun witlich alle den ghenen, dy dessen bref sen oder horen lesen, dat wy vnde alle vse eruen, gheboren vnde vngheboren, aflaten eyndrechtleken van den dorpe to tzulen, dat henning van der Ghartowe, heren henning mules sone, verkof heth rechte vnd redeliken hern dydericke deme Proueste to deme Arnse, dy dar perrer is to der Ghartow, vnde deme klostere to deme arnse ewichliken to behalden vnde besitten in der acht, dat wy noch vse eruen nummerme eneghe ansprake hebben en willen noch en scoelen vppe dat dorp to tzulen noch en moghen. To eyneme orkunde desfer aflatinghe so hebbe wy alle de vorbenomet syn van vser rechten witscaph vollenkomen vse ingheseghele an dessen bref ghehenghet. Wy hebben och endrechtleken ghebeden heren Gumprechte van allseue, dy eyn here is to lenzen, vnde dar to henninghe van Jaghowe, den knapen, vor den desse aflatinghe gheschin is, dat sy nach vser begheringhe ere ingheseghele to eyner ewighen betughinge an dessen bref hebben ghehenghet. Desse bref is ghegheuen dunach der bort vses heren godes dusent jar was vnde dry hondert Jar in deme en vndrittighesten Jare, in sinte Peters daghe, dy dar het vincula Petri.



LX. Knappe Henning von Garthow tritt dem Kloster Arendsee das Dorf Zühlen ab,  
am 23. August 1331.

In godes namen Amen. Ich henning, knape, van der Ghartowe, her henning  
mules sone, bekenne openbare vnde du witleke alle den ghenen, dy dessen bref sen oder horen  
lesen, dat ick hebbe vercoft hern dyderike, deme proueste to der arnse, dy dar perrer is to  
der Ghartowe, vnde deme kloftere tome arnse rechte vnde redeleke dat ghanze dorp to szulen  
vnde al, dat to deme dorpe lecht vnde mit allerhande rechte, dat hoghefte vnde dat sifeste, mit  
water vnd mit weyde, mit straten vnd mit weggen, mit holte vnd mit velde, mit ghanzer vulbort  
vnd vor danken alle miner eruen gheboren ewichliken to eyne rechten erue to behalden vnde to  
besittende, alle ik vnde myne elderen vnde mine erue beseten hebben wente an dessen dach in der  
acht, dat ich noch mine erue nummermer enghen ansprake hebben en willen noch en seolen noch  
en moghen vp dat dorp to tzulen. Ok seal ik al dat gud des vorbenomeden dorpes to tzulen,  
dat my anne vallen is van mynen elderen vnde my to hort erfliken vnde vortmer dat gud, dat  
de scultinne van Buffen vnde er eruen hebben van myner weggen, ledeghen vnde losen von  
den ghenen, dy dat gut besitten. Och seal ik vnde wil dat vorbesereuene gud to tzulen deme  
vorghefprokenen Proueste vnde deme klofter tome arnse to rechte gude halden wante an de  
tyd, dat se den eyghendom moghen erueren. To eyneme orkunde des kopes hebbe ich myn In-  
gheseghel ghehenghet an dessen brif vnd hebbe vort ghebeden myne vrunt van der Schulen-  
borch hern dyderike vnde hern Bernde vnde hern Werner, riddere, vnde minen swagher  
boden von Walstoue, dy eyn borchfete is vp deme hus to zoltwedele, dat sy to eyner  
ewighen bekantnisse ere Inghefeghele hebben ghehenghet an dessen bref. Desse bref is ghegheuen  
na der bort godes dusent Jar vnd dryhundert Jar, in deme eynen drittigheften jare, in deme hil-  
ghen auende sunte Bartholomeus des apošteles.

LXI. Pappst Johann XXII. bestätigt dem Vicar Dieterich von Garthow den Besitz eines Altars  
in der Klosterkirche zu Arendsee, am 21. Dezember 1331.

Johannes episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio Theoderico de Chartowe,  
perpetuo vicario Altaris sanctorum Johannis ewangeliste ac Petri et Pauli apostolorum siti in eccle-  
sia Monasterii Sanctimonialium de Arneffe ordinis sancti Benedicti verdenfis dyocesis, Salutem et  
apostolicam benedictionem. Justis petencium desideriis dignum est facilem prestare consensum, et  
vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter, dilecte in  
domino filii, tuis Justis postulacionibus grato concurrentes assensu perpetuam vicariam altaris Sancto-  
rum Johannis ewangeliste ac Petri et pauli apostolorum siti in ecclesia Monasterii Sanctimonialium  
de Arnffe ordinis sancti Benedicti cum pertinentiis suis, quam te canonice proponis adeptum,  
sicut eam iuste possides et quiete, tibi auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patro-



cinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et Beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Auinione, XII kalendas Januarii, Pontificatus nostri anno Sextodecimo.

LXII. Knappe Otto von Garthow tritt dem Verzicht auf Zühlen bei, am 2. Jannar 1332.

Ich Otto, Knappe, Gheredes sone, des Knappen, van der Ghartow gheheyten, dat eme god ghenedich sy, Bekenne vnd du wiliken alle den ghenen, dy dessen bref syn oder horen lesen, dat ich vnde al mine eruen, gheboren vnd vngheboren, aflaten vnde vortygen aller anwardinghe des dorpes to Tzulen, dat Henningh von der Ghartow, heren henningh mules sone, verkofte het rechte vnde redelike heren dyderike dem Proueste tome arnse, dy dar eyn Perrerr is to der Ghartow, vnde deme Closter to Arnse ewichliken to besittende vnde to behalden to eyne rechten erue jn der acht, dat ik noch al myne eruen nummermer enghe ansprake hebben ne willen noch en scolen vp dat gud to tzulen noch en moghen. To eyner orkunde desfer aflatinghe hebbe ik myn Inseghel an dessen bref ghehenghet vnde desse Bref is ghegheuen na godes bort duzent Jar dryhundert Jar, jn deme twey vnde drittighesten Jare jn deme achten daghe des hilghen heren sunte stephanes des ersten merteleres.

LXIII. Ablassbrief mehrerer Bischöfe für das Kloster Arendsee, vom 11. Februar 1332.

Vniuersis Sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes littere peruenerint, Nos miseratione diuina Bernardus nixiensis Archiepiscopus, almannus Suanensis, Laurentius Aiarnensis, Benedictus Cardinensis, Johannes Serbienensis, Johannes Cassanensis, Petrus montis Maram, Jacobus Sagonensis, Guilelmus yfernenensis, Bonifacius Sofataniensis, Paulus albenensis et Johannes Verdenensis episcopi Salutem in domino sempiternam. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Cristi accepturi, prout in corpore gessimus, Siue bonum fuerit, siue malum; oportet nos igitur diem messionis extreme misericordie operibus preuenire, quoniam qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet Vitam eternam. Cupientes igitur, Vt ecclesia siue claustrum Sanctimonialium in Arnse et altare in honore sancti Johannis ewangeliste et Beatorum Petri et Pauli apostolorum consecratum ibidem Verdenensis dyocesis congruis honoribus frequententur et a Cristi fidelibus iugiter venerentur, Omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictum Claustrum siue ecclesiam et Altare in singulis patronorum festiui-



tatibus et in omnibus aliis infraſcriptis, videlicet Natalis domini, Circumciſionis, Epyphanie, Paraſceues, Paſche, Aſcenſionis, Penthecoſtes, Corporis Criſti, Inuencionis et exaltacionis ſancte crucis, et Sancti Michaelis archangeli, et in Singulis feſtis Beate Marie Virginis, Natiuitatis et decollacionis Sancti Johannis Baptiſte, Beatorum Petri et Pauli apoſtolorum, et omnium aliorum apoſtolorum et ewangeliftarum, Sanctorumque Stephani, Laurentii, Georgii, Criſtoſori, Clementis, Vincencii martirum, Martini, Nycolai, Gregorii, Auguſtini, Ambroſii, Jeronimi, Bernardi, Benedicti, Franciſci, Dominici conſefforum, Sanctarum Marie Magdalene, Marthe, Katherine, Margarete, Lucie, Agnetis, Agathe et vndecim milium virginum, In Commemoracione omnium ſanctorum et animarum et in conſecracionibus dicte eccleſie et altaris et per octauas omnium feſtiuitatum predictarum octauas habencium ac in ſingulis diebus dominicis cauſa deuocionis, oracionis aut peregrinacionis acceſſerint, Seu qui miſſis, predicacionibus, matutinis, veſperis aut aliis diuinis officiis, Exequiis et mortuorum ſepulturis ibidem interſuerint, aut qui dictam eccleſiam et Cymiterium pro animabus corporum inibi iacencium exorando circuerint, et qui ibidem ſuam elegerint ſepulturam, Vel qui ad fabricam, luminaria, ornamenta, libros, calices dicte eccleſie et altaris manus porrexerint adiutrices, aut qui in eorum teſtamentis vel extra aliquid ſuarum dicte eccleſie, altari ac monialibus legauerint facultatum, Vel qui in ſerotina pullacione campane flexis genibus Secundum modum Romane curie ter aue maria dixerint, et qui res in cymiterio ſiue eccleſia repositas ab incurſu Raptorum ac predonum deſenſauerint, Necnon qui bona et homines ipſorum, Redditus et prouentus annuales, vbicunque habent in villis, ab Euentibus dampnoſis liberauerint, Quocienſcunque, quodocunque et vbicunque premiſſa vel premiſſorum aliquid deuote fecerint, de omnipotentis dei miſericordia et Beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius auctoritate confiſi, Singuli noſtrum quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis miſericorditer in domino relaxamus, Dummodo dyoceſani voluntas ad id acceſſerit et Conſenſus. In cuius rei teſtimonium Sigilla noſtra preſentibus litteris appoſuimus. Datum Auinione, XI. die Menſis februarii, Anno domini Milleſimo trecentefimo XXXII<sup>o</sup>., et Pontificatus domini Johannis pape XXII. Anno Sextodecimo. Et nos dei gracia Johannes Verdenſis epiſcopus Ratificamus et confirmamus omnes indulgencias a venerandis patribus Superius conceſſas, et auctoritate, qua fungimur, XL dies indulgenciarum concedimus et donamus. In cuius Rei teſtimonium figillum noſtrum preſentibus litteris appoſuimus. Datum Auinione, die Menſis et pontificatus ut ſupra.

LXIV. Die von Garthow überlaſſen ihre lehnsherrlichen Rechte im Dorfe Pſteſten dem Kloſter, am 13. Februar 1334.

In nomine domini Amen. Nos fredericus, henninghus, Boldewinus fratres dicti de Garthow famuli recongnoscimus per preſentes, quod vniuerſos, qui de manu noſtra bona tenuerunt in villa lyſten in pheodo, dimiſimus et preſentibus dimittimus a noſtro dominio, quod ſuper eiſdem bonis habuimus, liberos et ſolutos, et idem dominium ſiue Jus pheodale ad manum eccleſie in Arnſe libere per preſentes reſignamus, Ita quod qui a nobis predicta bona in villa lyſten de



manu nostra in pheodo prius tenuerunt, de cetero tenere debebunt in pheodo de manu ecclesie in Arnse. Ne autem predicta ecclesia a nobis seu nostris successoribus obstaculum paciatur in premissis, presentes nostrorum Sigillorum appensionibus fecimus communiri. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXIII<sup>o</sup>., Dominica qua cantatur Inuocauit.

LXV. Die von Garthow treten alle Rechte in Lieften dem Kloster Arendsee ab,  
am 13. Februar 1334.

In nomine Domini Amen. Nos fredericus, Henninghus, Boldewinus, fratres dicti de Ghartow, notum facimus omnibus presencia visuris seu eciam auditoris publice recognoscetes, quod pro dampno, quod zanderus dictus de Weya Clericus intulit ecclesie in Arnse in villa Sumendorp, dedimus et contulimus eidem ecclesie omnia bona nostra, que habuimus in villa lyften cum omni Jure, quo nos ea prius ex parte nostri patris dinoscimur possedisse, Quibus bonis et omni Juri, quod in eis habuimus, debita et sollempni renunciacione renunciauimus ad manus dicte ecclesie et presentibus renunciamus, nichil Juris in eis nobis vel Successoribus nostris referuantes. Et dictorum bonorum veram warandiam pre omnibus contradictoribus fide data et manu collecta promissimus et presentibus promittimus Sepediete ecclesie in Arnse necnon preposito et Claustralibus ibidem inuolabiliter obseruare. Ne autem predicta ecclesia a nobis vel a nostris successoribus aliquam Brigham seu calumpniam paciatur in premissis, Presentes nostrorum Sigillorum appensionibus dedimus roboratas. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXIII<sup>o</sup>., dominica qua cantatur Inuocauit.

LXVI. Die von Garthow resigniren dem Herzoge Otto von Braunschweig ihre Besitzungen  
in Lieften zu Gunsten des Klosters Arendsee, am 5. Februar 1335.

Magnifico Principi domino Suo ottoni, duci de Brunfwich, Befeke, Helmer et Buffo, fratres dicti de Garthowe, Se promptos et paratos in omni genere famulatus. Bona in lyften, que A vobis in pheodo habuimus, vestre reuerende dominacioni ad manus Claustri Arnse presentibus resignamus. Datum Anno domini Millesimo Tricentesimo tricesimo quinto, in die Agathe virginis gloriose.



LXVII. Befeke, Hilmar und Buffo von Garthow überlassen dem Kloster Arendsee ihre  
Besitzungen zu Lieften, am 5. Februar 1335.

In godes namen amen. Wy Befeke, helmer vnd Boffe, knechte, Broder, hern henninghes sone van der Chartowe, des mit gude si ghedacht, bekennen in desseme openen breue allen kristenen luden, de dessen bref sen vnde horen vnde betughen, dat wy mit vulbort vser rechten eruen vnde mit eneme vrygen wilkore hebben vorkoft vnde laten her Johanne, deme Proeuste, vnde vor Margareten, der Priorinnen, vnde al deme Conuente der meghede Godes to deme arnse dat halue rychte in dorpe vnde an velde, vnde den haluen burmeister vnde de lenware ouer anderhaluen wyschepel, vnde dat kerchlehn vnde al, dat wy hadden in deme dorpe to lysten an holte, an weyde, an wysche, an water, als it vs an ghevalen ys van vleme vader vnde wy it beleten hebben went an dessen dach, ewichliken to besittene sunder genegher hande ansprake vnde genegherleye hynder. Ok seol wy dat gud deme kloster to gude holden in vfen leneschen weren also langhe, went se dat eschen, dat wy dat vp senden. Dat loue wy Bruder Befeke, Helmer vnde Boffe in truwen mit samender hant to holdene deme vornomeden Godeshus. Dat betughe wy mit vfen Inghefeghelen, de wy hebbet ghehenghet to desseme jegenwordighen breue. Desses sin tughe her hinrich van Redekestorpe, prester, hennigh klitzingh, Ernest von dannenberghe vnde Ackerman, knapen. Darto vele guder lude. Desse bref is ghegheuen na godes bort dusent Jar drehundert Jar in deme vif vnde dritteghesten Jare, in deme daghe der hilghen Juncvrouwen sunte Agathen.

LXVIII. Bischof Friedrich von Camin incorporirt die Pfarre zu Werckenthin dem Kloster  
Arendsee, am 10. Mai 1335.

In nomine domini Amen. Fredericus, dei gracia Episcopus ecclesie Caminensis, ad perpetuam rei memoriam. Cum omnis actio, que rationi innitur, a iusticie tytulis insignitur, perpetue valitudinis robore sit firmanda, ea tamen specialiter et potissime, que deputata est vsibus in sancte religionis prepositi Cristo Jesu conuersancium, pontificali auctoritate rata ac rationabilis esse debet, et ad contradictionem in posterum euitandam scriptis auctenticis merito confirmanda. Hinc est, quod in Cristo nobis dilecte Priorissa Totusque conuentus sanctimonialium in Arnffe Benedicti ordinis Verdenfis dyocesis nobis humiliter supplicarunt, quod cum redditus et prouentus dicti conuentus sui sint ita tenues et exiles, quod persone altissimo in diuino officio die noctuque famulantes ex eis secundum suam decenciam non poterunt commode sustentari, quatenus Ecclesiam parochialem ville Warghentini nostre diocesis, que villa ex donacione Illustris domini Kazimari, quondam ducis pomeranorum et Leuticiorum principis, ab antiquo cum omnibus suis Juribus, prouentibus, redditibus et pertinenciis quibuscunque ad eas pertinuit et pertinet, prout in priuilegio dicti principis et confirmacione Venerabilis in Cristo patris domini Conradi quondam Caminensis ecclesie



episcopi nostri antecessoris patet euidenter, que vidimus et de verbo ad verbum conspeximus, fore salua et illesa, ipsi conuentui de nostro pii pastoralis officio vnire et incorporare dignaremur; Nos attendentes, quod cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo rationis exposulat, vt id ad debitum perducamus effectum, Prefertim cum in eo diuinum cultum conspiciamus adaugeri. Peticionibus igitur dictarum sanctimonialium, Puta Priorisse et Conuentus, humilibus et condignis inclinati, et ut persone presentes et future in ipso conuentu existentes deuocius ac liberius omnipotenti deo sueque genitrici virgini marie in suis officiis et oracionibus continuis valeant famulari, dictam ecclesiam ville warghentyn, cuius ius patronatus ad easdem hactenus pertinuit et pertinet, dicto Conuentui et cenobio sanctimonialium predictarum cum omnibus suis Juribus, prouentibus, redditibus et pertinenciis, tam spiritualibus et temporalibus, vnimus, subicimus et presentibus incorporamus, et presentem nostram vnionem ac incorporacionem, de consensu et consilio nostrorum consiliariorum firmam, stabilem et perpetuo permanendam auctoritate nostra ordinaria in nomine domini in hiis scriptis confirmamus, Dantes et concedentes eisdem Priorisse et Conuentui predicto, Vt ipsam ecclesiam, cum vacauerit, possint persone ydonee locare, vel in ea vicarium perpetuum vel temporalem ponere, eumque vtilitate suadente reuocare et de ea disponere, prout ipsis et eorum prouisorum secundum deum et equitatem canonicam visum fuerit expedire, Juribus tamen episcopalibus nobis et nostris successoribus in eadem ecclesia et in vicario perpetuo vel temporali instituendo uel instituto, quantum ad curam animarum seu accessum altaris recipiendum, perpetuis temporibus referuatis, Porcione eciam debita et rationabili ipsi instituto uel presentato pro competenti corporis sui sustentacione de prouentibus ecclesie referuata, Inhibentes sub pena anathematis, ne potestas secularis vel alius quicumque, cuiuscunque condicionis extiterit, dictas sanctimoniales vel vicarium earundem, quem in dicta ecclesia duxerint statuendum, in ipsa ecclesia aut bonis ad eam pertinentibus impediatur aut quomodolibet impedire presumat, vel aliquid sibi in premissis contra nostram vnionem et incorporacionem presentem de cetero vendicet aut vsurpet, sicuti nostram et omnipotentis dei canonicam euitare voluerit vlcionem. Testes huius nostre vnionis sunt honorabiles viri domini fredericus de steghelis, archydiaconus vzenamenfis, herboldus, plebanus in cyten, Canonici Caminenfes, fredericus cornicke, officialis noster, Thidericus de Bremis, franciscus, plebanus in Corlyn, et alii plures fide digni. In cuius rei euidentis testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum Tanclem, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXV<sup>o</sup>., In die Gordiani et epymachi martirum Beatorum.

LXIX. Albert von Alvensleben überläßt dem Kloster Arendsee eine Hebung aus Leppin,  
am 26. Februar 1336.

In nomine domini Amen. Nos Albertus miles dictus de Aluenfleue, necnon Albertus et fredericus, eiusdem militis filii, dicti de Aluenfleue, omnibus presencia visuris seu auditoris cupimus fore notum publice protestando, quod nos et nostri veri heredes consilio vnanimi et consensu nostrorum omnium ob reuerenciam et honorem dei et gloriose virginis marie genitricis



eiusdem et propter salutem nostrarum omnium animarum et omnium parentum nostrarum assignauimus pro testamento claustro siue Conuentui sanctimonialium in Arneffe ordinis sancti Benedicti vnum chorum Siliginis, quem habuimus in villa leppin in curia cuiusdam villani Thiderici dicti de Ghentzin, quem etiam predictum chorum filiginis vendidimus quondam hoyero vranken dicto de luhow beate memorie. Antedictum vero chorum filiginis dedimus et damus per presentes cum omni Jure et proprietate ac libertate supradictis sanctimonialibus in Arneffe perpetuo habendum et possidendum, Sic tamen, quod Elyzabeth, sanctimonialis ibidem in Arneffe, quondam filia henninghi militis dicti de bodendich, predictum chorum filiginis ad necessaria eius habeat temporibus vite sue, mortua vero predicta elyzabeth, quod tunc sepedictus Conuentus sanctimonialium in Arneffe prenotatum chorum filiginis, veluti supra dictum est, obtinebit perpetue possidendum. Dantes super hoc presentes litteras. Presentibus famulis, videlicet Conrado dicto de enbeke Et henningho dicto de Bodendich, et aliis quam pluribus fidei testimonio decoratis. Datum Calue, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVI<sup>o</sup>., feria secunda proxima post dominicam, qua cantatur Reminiscere.

LXX. Ditmar von Rekeling überläßt dem Kloster Arendsee alle seine Besitzungen in Sannem, am 3. Juni 1336.

In nomine domini Amen. Ne facta hominum confundat mater erroris obliuio, Scriptis auctenticis solent roborari, vt indicio euidenti ad posterorum noticiam deducantur. Hinc est, quod Ego ditmarus dictus de Rekelingh famulus, recongnosco per presentes, quod de consensu omnium meorum heredum et specialiter de consensu frederici de Charthow et suorum fratrum, Scilicet henninghi et Boldewini, vendidi et dimisi iusto tytulo vendicionis omnia bona mea, que habui in villa Sanneme, honorabili viro domino Johanni preposito in Arnse et domine Margarete priorisse necnon conuentui Sanctimonialium ibidem, cum omni Jure quiete, pacifice, libere et perpetue possidenda. Videlicet in curia Sculteti decem et nouem modios Siliginis minus dimidio modio et VII modios auene et XVII pullos cum omni Jure. Item in Curia Johannis lamberti decem et octo modios filiginis minus dimidio modio et XV denarios Brandenburgenses ad censum et alterum dimidium pullum cum omni Jure. Item in Curia Thiderici Lamberti alterum dimidium chorum Siliginis et III solidos brandenburgensium denariorum ad censum et vnum pullum cum omni iure. Item in Curia henrici de kerkowe alterum dimidium chorum filiginis et III solidos Brandenburgensium denariorum ad censum et VII modios auene et vnum pullum cum omni Jure. Item in Curia hinrici Elzeken vnum modium auene et VI pullos cum omni iure. Ebelinghus kerkun vnum quartale auene. Petrus kerkun X modios auene et VI pullos. hinricus Scheper III pullos. Vnus subditus illorum de seulenborch dabit vnum pullum cum omni Juri, etiam ut premissum est. Item vendidi eis decimam minutam cum omni Jure. Item vendidi eis tres partes Judicii predictae ville Sanneme in lignis, Campo, foro, frata, et iuspatronatus ecclesie. Proinde predicti prepositus et Conuentus michi quadraginta tres marcas sten-



dalgenfes argenti integraliter perfoluerunt in pecunia numerata, de qua ipfos et eorum Succeffores quitos dimitto et folutos. Nos infuper fredericus, henninghus, Boldewinus fratres dicti de Chartow famuli recongnofcimus, quod huiusmodi vendicio facta eft cum noftro pleno confenfu, et ideo eam gratam ratam habere volumus. Nos eciam antedicti Ditmarus, fredericus, henninghus, Boldewinus Promiffimus et prefentibus promittimus Predictis, fcilicet domino preposito, domine Margarete Prioriffe totique conuentui in Arnfe, quod eis predicta bona volumus ad bonum conferuare, quoufque eorum refignacionem a nobis postulabunt. Et eorundem bonorum eciam ipsis promittimus veram warandiam inuiolabiliter obferuare. Ne autem predictus conuentus aliquam Brigham Seu calumpniam a nobis vel a nofttris fucefforibus paciatur in premissis, prefentes litteras noftroꝝ Sigillorum appenfionibus dedimus roboratas. Teftes huius rei funt Dominus Johannes de hilghenuelda, Dominus Gherardus de winteruelde, Sacerdotes, Henninghus Clezinch, Ludericus Cyker, Ackerman, famuli, et quam plures fide digni. Actum et datum luechow, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVI<sup>o</sup>., feria fecunda infra octauam corporis Crifti.

LXXI. Die von Schöneberg verkaufen dem Kloster Arendsee den Zehnt von deffen Hofe zu Krüge, am 26. Mai 1337.

In nomine domini amen. Ne facta hominum fimul cum lapfu temporis labantur, hinc eft, quod fcriptis autentice roborantur. Quapropter nos Ghifo et Volpertus, dicti de Schonenberghe, recongnofcimus tenore prefencium publice profittentes, Quod dominus Johannes prepositus in Arneffe decimam in Curia monialium in Arneffe fita in Crughen ad manus dominarum predictarum perpetue a nobis redemit poffidendo, et nos Ghifo et volpertus predicti cum frederico famulo, dicto de Crughen, antedicto preposito et fuis monialibus pretactis veram waram fuper huiusmodi decimam in omnibus plenarie promittimus obferuando. Vt hec predicta eo firmiter obferuantur, Sigilla noftroꝝ trium prefentibus funt appenfa. Teftes funt dominus Gherardus, prepositus in Creuefe, dominus hermannus, plebanus in dobrun, Et Arnoldus famulus dictus de Crughen. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVII<sup>o</sup>., feria fecunda ante feftum afcenfionis domini.



LXXII. Bürger in Saltwedel verfaufen dem Kloster Arendsee Gebungen in Neulingen, am 6. September 1337.

In nomine domini Amen. Nos Johannes, Petrus fratres, filii Johannis hardewici Bone memorie, Conburgenses in Soltwedel, Ac ego Elyzabeth, Conthoralis iam dicti petri, prefencium in hac serie litterarum publice volumus esse notum Cristi fidelibus vniuersis, Quod honorabili viro domino Johanni, preposito Sanctimonialium in Arneffe, et domine Margarete priorisse Totique Conuentui ibidem vendidimus rite Resignando recte litteras per presentes Tres choros filiginis annue pensionis in villa Neylinghe sitos et perpetue possidendos, Videlicet in Curia hennikens laurencii XVIII modios filiginis, In Curia hermanni dicti Alborch XVIII modios filiginis, In curia Amelii XVIII modios filiginis et in Curia hencekens XVIII modios filiginis, Nobis vero nichil reseruantes in eisdem aut possidentes in bonis memoratis. Vt Autem huius nostre vendicionis et Resignacionis rationabiliter facte Jugis et perpetua permaneat memoria et permanencia inoblita, hanc fecimus et iussimus inde conscribi et nostris appensis Sigillis firmiter et lucide Roborari paginam videlicet presentem. Testes eciam eius sunt Nycolaus dictus Spolhouel, Burgenfis in Gardeleue, Thidericus Bollic cognominatus, Bethekinus de Chüdeme, Johannes de Mechowe et Plurimi alii fide digni. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVII<sup>o</sup>., Sabbato ante festum natiuitatis Beate Marie virginis dei genitricis gloriose. Per manum mathei, Ciuis in Soltwedele.

LXXIII. Priester Johann von Heiligenfelde macht dem Kloster Arendsee eine Schenkung mit Gebungen aus Piefen, am 12. September 1337.

In nomine domini Amen. Ego Johannes, Sacerdos, dictus de hilghenuelda, recongnosco in hiis scriptis, quod comparauimus alterum dimidium chorum Siliginis pro duodecim marcis argenti stendalgenfis persolutis a thiderico vrleue, eius in Saltwedele, ex Curia ipsius in villa lyften quolibet anno in festo beati Martini percipiendum, hanc filiginem donauimus pro remedio et salute anime mee et animarum parentum meorum et omnium meorum amicorum Sanctimonialibus in Arnse specialiter intra muros claustrum ad consolacionem. Porro si prepositus dicti Claustrum arnse huiusmodi alterum dimidium chorum Siliginis sanctimonialibus antedictis presumeret alienare et sibi vsurpare, quod abfit, tunc Consules antique ciuitatis Saltwedel debebunt dictam filiginem ex parte predictarum sanctimonialium expignorare, Ita quod debet, non obstante aliqua causa, perpetua elemosina ad consolacionem predictarum dominarum intra muros claustrum permanere. Et ego prefatus Johannes de hilghenuelda rogauimus dominum Johannem tunc temporis prepositum in Arnse et Consules antique ciuitatis saltwedel Sigilla eorum cum sigillo Conuentus arnse presentibus appendi in testimonium premissorum. Nos vero Johannes prepositus in arnse, Consules antique Ciuitatis saltwedel rogati a predicto domino Johanne de hilghenuelda nostra



Sigilla vna cum sigillo Conuentus arnse pro testimonio presentibus duximus appendenda. Testes vero huius rei sunt dominus Gherardus tunc temporis prepositus in Crewese, dominus Ny-cholaus de Rossow perpetuus vicarius in arnse, dominus Gherardus Wynteruelde, Dominus thidericus de Berlin, Dominus Johannes de Coppenik, sacerdotes, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini Millefimo Trecentesimo XXX. VII.º., feria sexta Infra octauam Natiuitatis beate marie.

LXXIV. Siegfried d. J. von Walstoue tritt dem Kloster Arendsee seine Besitzungen in Sannem ab, am 4. März 1338.

Ne acta in temporis spacio peracta simul cum lapsu temporis labuntur, hinc est, quod serie cartis autentice approbata Sigillis roborantur. Quapropter ego Scifridus Junior de Walstoue famulus coram omnibus presentibus [sic!] visuris ac auditoris publice per presentes recongnosco, me omnia bona mea in villa zanneme existencia, tam bona hereditaria, quam pheodalia, collata an [sic] non collata, et omne dominium, omnem Jurisdictionem seu iudicium, et omnia mea bona ibidem existencia in agro et in campo, In aquis An in lignis, in pratis vel in pascuis seu in plateis, et precipue quidquid de bonis ibidem habeo seu possideo, Domino Johanni in Arnse preposito et priorisse et toti Conuentui dominarum ibidem existencium ad veram hereditariam possessionem possidendo perpetue, racionabiliter ac legitime vendidisse. Vt predicta eo firmiter ac certius prefatis obseruentur, Ego Scifridus pretactus et Boldewinus senior de knisebeke et grus\*) de hytfaker promittimus vnanimiter in hiis scriptis, predicto preposito et monialibus antedictis predicta bona coram domino pheudi resignare et in omnibus precipue veram waram dare. In huius rei Testimonium sigilla nostrorum trium sunt appensa. Testes vero huius vendicionis sunt Dominus Engelbertus, prepositus in dambeke, Agherman, Johannes steso, cuius in soltwedel, et quam plures alii fide digni. Datum Anno domini M.º. CCC.º. XXXVIII.º., feria quarta in quatuor temporibus ante dominicam Reminiscere.

\*) Hielsicht germanus — eine Abbeviatur ist nicht deutlich wahrzunehmen.

LXXV. Knappe Heinrich von Garthow überläßt dem Kloster Arendsee einen Hof zu Thielber, am 16. Juni 1338.

Nouerint vnuerfi presencia visuri seu auditori, quod ego hinricus, famulus, dictus de Chartow, filius domini hinrici militis dicti de Chartowe pie memorie, dimisi in toto Hono-



rabili viro domino Johanni preposito ecclesie Beate marie in Arnesse Curiam Johannis de Cloden sitam in villa Tylebe cum consensu omnium legitimorum meorum heredum dubio quolibet postergato. Datum Chartow, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVIII<sup>o</sup>., in crastino Beati viti martiris gloriosi.

LXXVI. Das Kloster Arendsee verschreibt dem Priester Johann von Ammensleben eine Leibrente aus Schnellenberg, am 25. Juli 1339.

Ego Johannes dictus de Bynde, prepositus Sanctimonialium in Arnse, necnon Margareta Priorissa dicta de kalene totusque Conuentus ibidem tenore presencium publice protestamur, quod communi consensu domino Johanni dicto de ammensleue sacerdoti vendidimus duo talenta Brandenburgensis monete ex Curia nostra dicta Snellenberghe, sita prope Werben, absque omni dubio et dilacione ad festum beati nicholai, quoad uixerit, sibi a colono prefate curie annuatim eroganda. Insuper post mortem vero predicti domini Johannis soror sua alheydis vnum talentum per tempora vite sue in eadem curia et super eundem terminum absque omni impedimento erogandum possidebit. Secundum vero talentum in remedium anime sepediti domini iohannis et suorum progenitorum sanctimonialia nostre interius tollent perpetuis temporibus duraturum. Si autem sepeditus dominus Johannes et soror sua Alheydis in predicta pecunia defectum habuerint, tunc ex nostris bonis melioribus ipsum defectum tenemur adimplere. Testes huius sunt dominus Gherardus prepositus in Creuese, Dominus Nycolaus de Rossou, dominus gherardus de winteruelde, Dominus Johannes hupertii, Dominus henricus sartor, Dominus voltzekinus de Jabel, Sacerdotes, et alii quam plures fide digni. Datum Arnse, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXIX<sup>o</sup>., In die Jacobi apostoli. Conuentus nostri sub sigillo.

LXXVII. Dieterich und Bernhard von der Schulenburg überlassen Leppin und Kaulitz dem Kloster Arendsee, am 24. März 1340.

In nomine domini Amen. Nos Thidericus et Bernardus, fratres et milites, dicti de Sculenburg, Recongnoscimus publice protestantes, Quod, maturo Consilio omnium amicorum nostrorum prehabito et cum consensu aliorum, quorum intererat aut interesse poterat, Rite ac rationabiliter iusto tytulo vendicionis Discreto viro domino Meynardo, preposito in Arnesse, necnon Priorisse Totique Conuentui sanctimonialium ibidem existencium vnum chorum siliginis in villa leppyn annuatim villamque Chawel cum omni vsufructu et cum omnibus vitaliciis necnon cum



cunctis bonis hereditariis, omniaque bona pheodalia collata et non collata, Cum omni Jure supremo et Infimo infra villam et extra villam, in viis et in vicis, in mansis et in campis seu in agris vniuersis cultis et non cultis, pratis, aquis, pascuis et nemoribus, vendidimus ac dimisimus cum qualibet libertate, sicut nos hactenus habuimus, perpetuis temporibus pacifice possidendam siue possidenda, Renunciauimus etiam et renunciamus, resignauimus et resignamus prenotata bona litteras per presentes ad manus et ad vtilitatem predicti prepositi et conuentus Sanctimonialium in arnaffe, nichil nobis aut nostris successoribus inde uel in ipsis referuantes, Insuper omnia prenotata predictis preposito et Conuentui sanctimonialium in arnaffe volumus warandizare de qualibet iniusta et friuola impetitione, vt est iuris. Vt autem predicta omnia per nos legitime facta a nobis et nostris successoribus inuiolabiliter obseruentur, ex nostra certa sciencia presentes litteras nostris sigillis certatim fecimus Roborari. Testes huius contractus sunt Dominus Ludolfus, prepositus in zoltwedel, Dominus Johannes, quondam prepositus in arnaffe, dominus Bertoldus, plebanus in ymnenkote, sacerdotis, wernerus ac wernerus, hinricus necnon henninghus famuli, filii predictorum militum de Sculenburch, Johannes hartwici, Bertoldus ac hoyerus fratres dicti de chuden, et iohannes de mechow, cines in zaltwedel, alique quam plures fide digni. Datum Anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XL<sup>o</sup>., in vigilia annunciacionis virginis gloriose.

LXXVIII. Markgraf Ludwig verzeiget dem Kloster Arendsee das Dorf Kaulitz,  
am 2. October 1341.

Ludewicus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie marchio, Comes palatinus Reni, Dux Bauarie Sacrique Romani Imperii Archicamerarius, Singulis et Vniuersis, ad quos presentes deuenerint, salutem et noticiam subscriptorum. Veniens ad nos honorabilis vir dominus Meynhardus, prepositus Sanctimonialium in Arnaffe ordinis sancti Benedicti, nobis ex parte ipsarum et etiam nomine proprio, quod ipsis proprietatem ville dicte Chaul, a strennuis viris de schulenburg pecunia debita comparatam a nobisque in pheodo procedentem, dare et ipsam appropriare pure et simpliciter propter deum dignaremur, in salutem anime nostre, heredum et successorum nostrorum, humiliter et cum instancia supplicauit. Cuius quidem videlicet Priorisse et Conuentus prenotati ad nos adeo attente deductis precibus annuimus iuxta vota, Monasterio, Priorisse et Conuentui prenotatis ob id, vt altissimum dominum pro salute et Saluacione magnificorum Principum Marchionum Brandenburgensium Bone Recordacionis predecessorum nostrorum, nostra, heredum et Successorum nostrorum, et eciam in restaurum dampnorum, si que nostri nomine perpeffa sunt, proprietatem ville prenotate cum singulis suis pertinenciis damus et presentibus elargimur perpetuis temporibus sine inquietacione qualibet habendum pariter et tenendum, Renunciantesque pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni Juri, Impetitioni et actioni, que nobis in premissa villa competere possent aequaliter in futurum. In Cuius Rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes vero huius sunt Nobiles viri Ulricus Comes de Lyndowe,



Guntherus Comes de Swartzburg, Johannes de Buch, henricus de Ryfchach, Curie nostre magister, Albertus de Wolfstein, terre nostre transfoderane capitaneus, Johannes hufener, terre nostre Lufacie aduocatus et Camere nostre magister, Wilhelmus Bombrecht, nofter pincerna, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum in Caftris in obfidione caftri dicti Lentzen, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLI<sup>o</sup>., feria tertia post diem Beati mychaelis Archangeli.

LXXIX. Das Klofter Arendsee verfügt über die Verwendung von Gehungen in Sannem, Liefen und Kaulitz, am 25. Juli 1342.

In nomine domini Amen. Que geruntur in tempore, de facili euanescent cum tempore, nisi recipiant aut voce testium aut scripti firmamentum. Nouerint igitur hanc paginam visuri seu audituri vniuersi, Quod dominus Meynardus, prepositus in Arneffe, emit in villa Sannem in Curia Alberti de kerkun vnum choros filiginis annuatim et Dominus Johannes sacerdos, quondam ecclesie hillghenuelde plebanus, emit in villa lyften II choros filiginis in Curia Reyneri et in villa Gawel in curia hinrici lamberti II choros filiginis, ita quod illi, qui in antedictis Curis morantur aut Jure possident vel possidebunt, sanctimonialibus in arneffe singulis annis in festo beati martini episcopi predictam filiginem specialiter presentabunt, Itaque quod cum I choro filiginis ville Gawel cera ad officium diuinum exercendum emetur, sacristis termino predicto specialiter presentabitur, ac ipse taliter luminibus de filigine presint illamque postulent, ne defectus in earum redundet animarum detrimentum. Residuosque choros filiginis collegium ad solamen habeat, Anniuersarium meynardi et Johannis sacerdotum memoratorum perpetue peragendo. Vt autem hec empcio et donacio rata et inuiolata permaneat, neque aliquis prepositorum successorum infringat, Sigilla infracriptorum, scilicet domini Meynardi prepositi in Arneffe, Conuentusque sanctimonialium ibidem, Domini Nycholai de Roffow, Domini gherardi de winteruelde, Domini Gherardi plebani in Caultitz, necnon domini nycholai plebani in hilghenuelde presentibus sunt appensa. Actum et datum arneffe, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLII<sup>o</sup>., In die iacobi apostoli gloriosi.

LXXX. Knappe Ghozecow von Luderitz überläßt dem Klofter Arendsee die Lehnsgerichtigkeit über zwei Hufen zu Thielber, am 17. Juni 1344.

Ego Ghozecow de luderitz famulus tenore presencium recongnosco publice protestando, Quod de matura deliberacione et consensu omnium heredum meorum domino preposito ac Conuentui



Sanctimonialium in Arneffe collacionem duorum manforum, quam in villa Thilebe multis annis hereditarie habui ac libere possedi, ipsi predicto preposito et Conuentui propter perpetuam memoriam meam et parentum meorum annis singulis peragendam resignaui et resigno libere per presentes, quos predictos duos manfos Johanni dicto bimesode, cui in Saltwedele commoranti, olim contuli, et e conuerso predictos duos manfos antedictus Johannes michi beniuole et libere resignaui. Vt huius vero collacionis resignacio, quam ipsis preposito et Conuentui pro remedio anime mee ac parentum meorum omnium animarum, vt predictur, feci et per presentes facio, inconuulsa et inuiolata permaneat, Sigillo meo duxi presentibus [sic!] roborandum. Testes vero huius rei sunt Dominus hinricus prepositus in Creuzeze, Dominus Rodolfus decanus in Boyster, Dominus Nycholaus et Gherardus perpetui vicarii in Arneffe, Johannes Plebanus in tylebe, Nycholaus plebanus in hilghenuelde, Sacerdotes, et Johannes prope fontem dictus Bymesode, Johannes Bertoldi, Thidericus Brewitz, Burgenfes Antiquae Ciuitatis Soltwedele, et alii quam plures fide digni, ad hoc vocati specialiter et Rogati. Datum et actum anno domini M°. CCC°. XLIII°. XV. kalendas Julii.

LXXXI. Ablassbrief des Vicars des Bischofs Daniel von Berden für das Kloster Arendsee, vom 6. Juli 1345.

Nos frater Johannes, dei gracia Chufipolensis ecclesie Episcopus, vices venerabilis in Cristo patris ac domini, domini Danielis, verdenfis ecclesie Episcopi, in pontificalibus gerentes, Vniuersis Cristifidelibus hanc litteram inspecturis Salutem in domino sempiternam. Cupientes quolibet Cristifideles ad pietatis opera modis conuenientibus et deo placitis inuitare, Omnibus vere penitentibus, confessis et Contritis, qui ad Ecclesiam Beate marie virginis in arnse manus porrexerint adiutrices, vel ad ipsam causa deuocionis accesserint In singulis festiuitatibus, videlicet Natiuitatis Cristi, Circumcisionis domini, Epyphanie, Cene, Parasceues, Pasche, Ascensionis, Penthecostes, Corporis Cristi, Johannis Baptiste, Omnium Apostolorum et ewangelistarum, Omnium sanctorum et animarum, omnium patronorum, die dedicacionis et in omnibus festis gloriose virginis marie et per octauas earundem, Vel qui cymiteria circuerint orando pro fidelibus defunctis, Vel qui corpus Cristi seu oleum sacrum sequuntur, dum ad infirmum fuerit deportatum, Necnon qui in serotina pullacione tria aue maria dixerint ob Reuerenciam genitricis dei, De omnipotentis dei misericordia beatorumque apostolorum Petri et Pauli gracia confisi, auctoritate nostra qua fungimur, de penitencis eis iniunctis LXXX dies indulgencie cum duabus karenis ex parte domini nostri Danielis episcopi et ex parte nostra in domino misericorditer Relaxamus. Datum anno domini M°. CCC°. XL quinto, in octaua Petri et Pauli apostolorum.



LXXXII. Das Kloster Arendsee verfügt über Gebungen in Leppin, die ihm zu einer Gedächtnißstiftung von Bürgern Salzweßels zugewandt sind, am 28. September 1347.

Nos Johannes prepositus, Sophia priorissa totusque Conuentus sanctimonialium Monasterii in Arnesse reconnosecimus publice per presentes, Quod pro XVII marcis argenti nobis solutis et in vtilitatem ecclesie nostre conuersis vendidimus ac dimisimus discretis viris Johanni de cynowe et Arnolde dicto lunigh, ciuibus in soltwelele duos choros filiginis perpetuorum reddituum in villa nostra leppyn, vnum videlicet chorum In curia nunc Willekini futoris et alium in curia nunc Johannis de Woldenberghe. Quos quidem choros dicti ciues post ipsorum decessum Conuentui nostro intra claustrum pro salute animarum suarum diuidendos, prout inferius exprimitur, assignarunt. Ad tempora tamen vite predictorum Johannis et Arnoldi de bonis nostris certioribus seu de nostro granario cuilibet eorum vnum chorum filiginis in Ciuitate saltwelele predicta in festo martini annis singulis perfoluemus. Mortuis autem ipsis vel eorum altero nunc vxores eorum vel vxor eorum alterius, qui decesserit, earum quolibet dimidium chorum filiginis in forma premissa ad vite sue tempora optinebunt. Et tunc Conuentus noster de predictis curiis in leppyn vnum chorum filiginis intra claustrum diuidendum percipiet et defuncti seu defunctorum memoriam vigiliis, missis et oracionibus peraget, vt est moris. Post mortem vero predictorum virorum et eorum conthoralium predictos duos choros filiginis de predictis curiis in leppyn Conuentus noster perpetuo percipiet, qui intra claustrum per priorissam dominabus et pueris caritatiua distribucione porcionaliter diuidentur. Et tunc anniuersarius eorum Johannis videlicet de Cynowe et heylen vxoris sue Ac Arnoldi lunig et Ode vxoris sue specialiter, et Parentum eorum generaliter per Conuentum vigiliis, missis, commendacione et oracionibus perpetuo fideliter perageatur. In premissorum omnium euidentiam et testimonium luminosum Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M°. CCC°. XLVII°, in profesto beati mychaelis.

LXXXIII. Markgraf Ludwig eignet dem Kloster Arendsee verschiedene Rechte und Freiheiten zu, am 19. Februar 1348.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, Quod nos Ludwicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes Palatinus Rheni, dux Bauarie et karinthie, Sacrique Romani Imperii Archicamerarius, Tirolis et Goricie comes, Pie deuocionis affectu moti, quem circa deodatas personas, Priorissam et Conuentum Sanctimonialium in Arnesse Ordinis sancti Benedicti Verdenfis dyocesis gerimus, eisdem presentibus et futuris diuine remuneracionis intuitu dedimus, damus et donamus per presentes Theolonium pannorum, qui in oppido predicto Arnesse Integraliter aut parcialiter per vnam vendentur vel ementur deinceps, quod ibidem nostri officii prius recipere consueuerunt. Damus quoque dicto Conuentui duodecim pullos in villa Nelinge cum dimidietate minute decime super quator Curias et vnum Cossatum in predicta villa, Sic quod



premissa, videlicet Theolonium de pannis, duodecim pulli et medietas decime minute predictae cum omni iure, gracia, commodo et honore, quibus nobis pertinebant, ad prenotatum Conuentum debent perpetuis temporibus pacifice pertinere, Abdicantes omne Jus, cui et renunciamus solempniter pro nobis, heredibus et successoribus nostris, quod nobis competit aut competere posset aliquo modo in eisdem. Non debet etiam Capitaneus, Aduocatus, aut officarius noster aliquis, vel Budellus ipsorum substitutus nobis in premissis Theolonio aut aliis Juris quidpiam vindicare aut aliquo modo usurpare. In cuius testimonium presentes dari fecimus Sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes vero Strenuus Miles fridericus de Lochen, Capitaneus noster in Marchia generalis, et honorabilis vir dominus Ludolfus, prepositus in Saltzwedel, necnon Strenui viri Albertus de aluenfleue et fridericus de Garthowe, et alii quam plures fide digni. Datum Tangermund, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quadragesimo octauo, feria tertia proxima ante petri ad cathedram.

LXXXIV. Die von Garthow überlassen dem Kloster Arendsee Bestzungen in Genzin,  
am 13. Mai 1349.

In nomine domini Amen. Ne mater erroris obliuio facta hominum confundat, scriptis authenticis solent roborari. Hinc est, quod nos Johannes dictus de Gartowe, plebanus in Wustreue, et fridericus, dictus de chartow, filius friderici Junioris nostri fratris dicti chartou bone memorie, tenore presentium recongnosimus publice protestando, Quod hinricus nunc dictus de Chartowe beate memorie, noster quondam frater et patruus predicti friderici, ex vnanimi consensu nostrorum omnium predictorum et omnium heredum nostrorum legitimorum assignauit et donauit, veluti nos predicti Johannes dictus de Chartow, Plebanus in Wustreue, et fridericus de Chartow per presentes assignamus et donamus, ob remedium nostrarum et omnium nostrorum parentum animarum Priorisse et conuentui sanctimonialium in Arneffe vnam curiam sitam in villa Ghentzin, in qua nunc moratur Lambertus, cum omnibus Redditibus et deriuacionibus ad predictam curiam spectantibus, Videlicet cum omni Jure infra sepes et XXVIII modis filiginis et VI denariis in festo beati martini Episcopi et cum duobus pullis et decima minuta et seruicio singulis annis habendo et possidendo, Sic tamen, quod Elizabeth chartow, soror antedicti friderici, et Byke dicta de yetze, nostra consanguinea, sanctimoniales ibidem in claustro Arneffe existentes, omnes predictos redditus ad antedictam curiam spectantes ad vite sue necessaria temporibus vite ambarum sanctimonialium predictarum singulis annis percipiendo habebunt. Mortua vero vna earum alia, que diucius superuixerit, predictos redditus integraliter habebit percipiendo, Ambabus vero mortuis supradictis, extunc Priorissa et Conuentus sanctimonialium in Arneffe ad earum consolacionem sepedictam curiam cum omnibus ad ipsam spectantibus, vt premissum est, perhenniter optinebunt. Et memoria hinrici et nostrorum et omnium parentum nostrorum singulis annis in festo beati Oswaldi regis et martiris vigiliis, missis et aliis bonis operibus in monasterio Arneffe peragi studiose debeat. Vt vero hec Predicta a nobis et a nostris heredibus Rata



et inuolabiliter seruentur, Damas super hoc nostras patentes litteras sigillorum nostrorum appensionibus firmiter roboratas. Et nos henninghus et Boldewinus fratres, necnon Johannes et buffo, singuli dicti de Chartow, et Hinricus dictus Rossov in testimonium omnium premissorum Sigilla nostra a nobis presentibus sunt appensa. Testes vero huius rei sunt Meynardus prepositus tunc temporis in Arnse, Dominus Nycholaus de Rossov, Gherardus winterueld, sacerdos, Nycholaus plebanus in hilghenuelde et Johannes plebanus in maleftorp et gherardus Crughen laycus et alii quam plures fide digni. Datum Chartow, Anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLIX<sup>o</sup>., in die beati seruacii episcopi et confessoris.

LXXXV. Das Kloster Arendsee befundet die Stiftung der Gedächtnißfeier des Priesters Rudolph Hennemann zu Seehausen, am 15. Juli 1350.

Nos Johannes prepositus, Jutta Priorissa totusque Conuentus sanctimonialium Monasterii sancte Marie virginis in Arnse ad noticiam tam presentium quam futurorum deducimus per presentes, Quod pie memorie vir discretus dominus Rodolphus henneman, Sacerdos in zehusen, Dum pro salute anime sue in vltima voluntate sua suum conderet testamentum, vt dies obitus sui in nostro Conuentu memorialis missis et vigiliis Annis Singulis haberetur, nobis octo marcas Argenti Brandenburgensis legauit propter deum ad comparandum perpetuos Redditus cum eisdem et distribuendum personis singulis intra claustrum. Quapropter ad hoc implendum recepta per nos predicta pecunia et in communem vsum nostrum conuersa In propria nostra curia in Vylebom, Vnanimi consensu dimisimus ac presentibus dimittimus Vnum talentum brandenburgensium denariorum per singulos annos perpetuo per nostrum in dicta curia villicum seu colonum in festo martini in manus Priorisse personaliter presentandum. Cuius tamen pecunie dimidietatem heylewigis nobiscum professa soror prenotati quondam domini Rodolphi ad vite sue tempora sue prebende recipiet ad augmentum. Alia autem dimidietas personis singulis intra conuentum, vt predictur diuidetur. Postquam autem dicta heylewigis viam vniuerse carnis ingressa fuerit, predictum talentum de prefata nostra curia, vt premititur, exsoluendum conuentui nostro integraliter distribuendum perpetuis temporibus permanebit. Dies igitur obitus domini Rodolphi sepedicti vigiliis missis, commendacionibus ac aliis peractionibus in Conuentu nostro consuets Annuerfarius pro remedio anime ipsius perpetuis temporibus peragetur. Vt autem premissa a nobis et posteris nostris inuolabiliter obseruentur, Presentem litteram super hiis confectam sigillorum nostrorum appensionibus fecimus communiri in euidenciam et testimonium eorundem. Testes eciam huius rei sunt Discreti viri domini Gherardus de Winteruelde, perpetuus in ecclesia nostra vicarius, Henricus mowe ac Johannes plebanus in Malstorp, nostre curie cappellani, ac henricus in nelinghe, necnon henricus in Crughe, ecclesiarum Rectores, ac quam plures alii fide digni. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quinquagesimo, in festo diuisionis apostolorum.



LXXXVI. Das Kloster Arendsee verkauft an Johann von Lughe Hebungen aus Bielbaum für eine Conventualin auf Lebenszeit und zu seiner Gedächtnißstiftung, am 15. Juli 1350.

Nos Johannes prepositus, Jutta Priorissa totusque conuentus sanctimonialium monasterii sancte marie virginis in Arneffe ad noticiam tam presencium quam futurorum deducimus per presentes, Quod pro octo marcis argenti Brandenburgensis nobis solutis et in communem vtilitatem nostram conuersis vnanimi consensu vendidimus ac dimisimus vnum talentum brandenburgensium denariorum perpetui pactus in propria curia nostra in vilebom, Quod margareta de lughe nostra conclaustrials ad vite sue tempora prebende sue recipiet ad augmentum, et hoc sibi in manus suas colonus seu villicus dicte curie singulis Annis in festo beati Martini personaliter presentabit. Post mortem vero dicte Margarete prefatum talentum per dicte curie villicum vel colonum Annis singulis tempore seu festo predicto in manus presentabitur priorisse et distribuetur personis singulis intra claustrum. Anniuersarius quoque parentum dicte margarete, Johannis videlicet de lughe ac Wendelen vxoris ipsius, de quorum elemosinis prefatum talentum caritatiue, vt predictur, distribuendum extitit comparatum, vigiliis, missis, commendacionibus ac aliis peractionibus in conuentu nostro consuetis pro animarum suarum remediis perpetuis temporibus peragetur. Vt Autem premissa A nobis et posteris nostris inuolabiliter obseruentur, presentem litteram super hiis confectam sigillorum nostrorum appensionibus fecimus communiri. Testes eciam huius rei sunt Difereti viri domini Gherardus de Wynteruelde, perpetuus in ecclesia nostra vicarius, Henricus in Crughen, nofter perpetuus capellanus, Ac henricus dictus mowe neeon Johannes in Malltorpe plebanus, nostre curie capellani, ac quam plures alii fide digni. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quinquagesimo, in festo diuisionis apostolorum.

LXXXVII. Rudolph, Decchant zu Boytser, stiftet bei dem Kloster Arendsee seine Gedächtnißfeier mit Hebungen aus Thielber, am 24. August 1350.

Ego Rudolfus, decanus ecclesie sancti Nycolai in boyftar, recognosco litteras per presentes, Quod ob remedium et salutem animarum mee et parentum meorum vnum mansum in villa thilebe adiacentem Curie, in qua nunc byndeman moratur, a Johanne dicto apud fontem, ciue quondam in soltwedele, de meo proprio comparauit et cum omni Jure, sicut ipse Johannes dictum mansum habuit in Pheodo a strennuo et honesto famulo Gotzekino de Byderwitz, resignato tamen dicto pheodo in manus Gozekini predicti, eundem mansum ecclesie et Conuentui Sanctimonialium in arneffe elemosinarum nomine sum Largitus, Ita tamen, quod eiusdem mansi Pactum ego ad vite mee tempora percipiam. Post mortem vero meam Heylewigis mater mea dimidietatem pactus, et conuentus predictus dimidietatem percipiet. Postquam autem ego et Mater mea predicta de huius seculi medio sumus sublata, Conuentus totum pactum percipiet, et Idem [sic!] pactus in manus presentabitur priorisse. Et Priorissa preposito duos solidos et tribus



facerdotibus ac scolari cuilibet vnum solidum in vigilia Martini annis singulis presentabit. Residuum vero dominabus intra claustrum porcionaliter diuidetur. In premissis vero rei caritativam recompensam obitus mei memoria anniuersaria ac Gherardi et heylewigis parentum meorum nominatim, necnon fratrum et sororum meorum in generali in predicta martini vigilia vel proxima die conuentui competenti a sanctimonialibus predictis missis et vigiliis ac aliis consuetis commendacionibus perpetuis temporibus annis singulis peragetur. In cuius Rei euidentiam Sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quinquagesimo, in die beati Bartholomei Apostoli gloriosi.

LXXXVIII. Des Klosters Arendsee Verscheibung für den Dechanten zu Boyster über die  
Stiftung seiner Gedächtnißfeier, vom 24. August 1350.

Nos Johannes prepositus, Jutta Priorissa totiusque conuentus Sanctimonialium Monasterii sancte Marie virginis in Arneffe reconnosecimus per presentes, Quod honorabilis vir dominus Rodolphus, decanus ecclesie in Boystar, ob salutem animarum sue et parentum suorum Ecclesie nostre vnum mansum in villa Thilebe cum omni Jure de suo proprio comparauit et eundem mansum nostro Conuentui perpetuo assignauit, Ita tamen, quod ad vite sue tempora pactum eiusdem mansi ipse percipiet, et post obitum ipsius mater sua carnalis, quamdiu vixerit, dimidietatem predicti pactus et Conuentus noster dimidietatem percipient. Post vtriusque autem obitum Conuentus totum pactum de predicto manso percipiet omni Jure. Qui pactus annis singulis in manus presentabitur priorisse, et Priorissa de prefato pacto erogabit preposito duos solidos et tribus sacerdotibus ac scolari cuilibet vnum solidum, et residuum dominabus diuidet intra claustrum in vigilia martini. Qua die vel proxima Conuentui competenti prefati domini Rodolphi memoria anniuersaria ac Gherardi et heylewigis parentum suorum nominatim, ac fratrum et sororum suorum generaliter vigiliis et missis secundum Conuentus nostri consuetudinem fideliter peragetur. Vt autem predicta a nobis et posteris nostris firmiter obseruentur, presentem litteram super hiis confectam Sigillis nostris ipsi dedimus sigillatam. Testes eciam huius rei sunt Discreti viri domini Johannes barfwich ac Meynardus, Canonici in Boystar, Gherardus de Lentzen, Ac Nycholaus de Rosfowe, perpetui in ecclesia nostra vicarii, ac quam plures alii fide digni. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quinquagesimo, In die beati Bartholomei apostoli.



LXXXIX. Das Kloster Arendsee verkauft an Conventualinnen Leibrenten aus seinen eigenen Gütern, am 7. Dezember 1350.

Nos Johannes prepositus, Jutta Priorissa totusque conuentus sanctimonialium monasterii in Arnesse recongnoscimus publice per presentes, Quod vnanimi consensu et concordi voluntate vendidimus ac perpetuo dimisimus pro octo marcis nobis solutis et vtilitatem nostram communem conuerfis in propria villa nostra Gawele vnum talentum brandenburgensium denariorum, In curia scilicet Ghericonis dicti houener X solidos, et in curia fritzen de creuese X solidos, per ipsos colonos vel eorum in posterum in dictis curiis successores de censu mansorum Annis singulis in die beati Nycholai presentandos in manus nostre domine Priorisse. Cuius quidem pecunie decem solidi ad augmentum elemosinarum pro fidelium animabus fieri consuetarum iugiter permanebunt, et residui decem solidi deodeuotis nobiscum professis dominabus Sophye de Sydowe et erme-gardi de molendorpe ad vtriusque vite tempora, altera eciam defuncta. Post vtriusque mortem dicti X solidi intra conuentum dominabus ad caritatem porcionaliter diidentur in salutem omnium fidelium animarum. Vt autem hec premissa a nobis et posteris nostris inuiolabiliter perpetuo obseruentur, in euidens testimonium eorundem sigilla nostra patenti apposimus huic scripto. Testes eciam huius rei sunt honorabiles viri et discreti domini henricus, prepositus in Creuese, Gherardus de Winteruelde ac nycholaus de Rossowe, perpetui in ecclesia nostra vicarii, Henricus mowe ac Johannes plebanus in Bomezin, nostre curie Cappellani, ac quam plures alii fide digni. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quinquagesimo, In crastino beati nycholai confessoris et Pontificis gloriosi.

XC. Das Kloster Arendsee verkauft denen von Klizing Leibrenten für Conventualinnen ihrer Familie, am 7. Dezember 1350.

Nos Johannes prepositus, Jutta Priorissa Totusque conuentus sanctimonialium monasterii in Arnesse recongnoscimus publice per presentes, Quod honesti famuli henninghus et Wernerus dicti klitzing in animarum suarum ac parentum suorum pie memorie, Conradi quondam dicti klitzing ac Zacharie conthoralis ipsius, remedium pro octo marcis argenti nobis solutis et in vtilitatem nostram communem conuerfis vnum talentum Brandenburgensium denariorum a nobis comparauerunt de villa nostra propria Gawele ex curiis ludgeri et henniken heyne ex ipsarum qualibet decem solidos Annis singulis perpetuo exsoluendum. Quod quidem talentum per ipsos colonos vel eorum in posterum successores in curiis prenotatis de censu mansorum in die beati nycholai Annis singulis in manus priorisse presentabitur, et ipsius dimidietas intra conuentum dominabus porcionaliter diuidetur, aliam autem dimidietatem deodeuote nobiscum professe domine Bertradis klitzinges, soror, et Elizabeth de fadenbeke, matertera predictorum famulorum, ad vtriusque vite sue tempora percipient, altera eciam defuncta. Pro quo Conuentus noster prima



die post festum nycholai ipsi Conuentui competenti memoriam fideliter peraget animarum Conradi ac Zacharie prefatorum cum vigiliis, missis, oracionibus et commendacionibus, vt est moris. Postquam eciam dicti Henninghus et Wernerus vel eorum alter de huius seculi medio sublatis fuerint, memoria eorum vel eius vna cum parentum suorum predictorum memoria prenotata per conuentum, ut premititur, peragetur. Postquam autem dicte Bertradis et Elyzabeth viam vniuersę carnis ambe fuerint ingressę, prefati talenti dimidietas, quam ipse, quoad vixerunt, sustulerunt, ad diuisionem prenotatam porcionaliter dominabus intra faciendam Jugiter permanebit. Et sic prenotata memoria perpetuo peragetur, sicut predictur, per conuentum. Vt autem premissa omnia et singula firmiter per nos et nostros posteros obseruentur, presentem paginam super hiis conscriptam sigillorum nostrorum munimine dignum duximus roborandam in euidentiam et testimonium eorundem. Testes eciam huius rei sunt honorabiles viri et Discreti Domini Johannes de Bynda, Rector ecclesie in Reuenstorpe, Gherardus de Wynteruelde et Nycholaus de Rossowe, perpetui in ecclesia nostra vicarii, Henricus mowe et Johannes de Bomezin, nostre curie capellani, ac quam plures alii fide digni. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. L<sup>o</sup>., In crastino beati nycholai confessoris Atque pontificis gloriosi.

XCI. Der Rath zu Lüneburg befundet, daß ein daselbst dem Kloster Arensdsee vermachtet Haus von diesem verkauft sei, am 15. Juni 1351.

Nos Consules Ciuitatis Lüneborch Hermannes hout, Johannes dicke, hartwicus de Palma, Johannes Garlop, Thidericus Stiliften, Conradus peghehardi, Hinricus Miles, Ludolfus hartwici, Jacobus de ponte, hinricus viscule, Gherardus Garlop, hermannus hout Junior, Tenore prefencium publice protestamur, quod bone memorie hinricus Bartrammi, faber, quondam noster conciuus, dum viueret, et ipse vxor domina Mechtildis cum consensu heredum suorum omnium Domum suam, Curiam et aream cum attinenciis in nouo foro lüneborch sitas Monasterio sanctimonialium sancte marie virginis in Arnesse Iusto donacionis tytulo post obitum vtriusque ipsorum legaliter donauerunt, prout in litteris prioribus sigillo nostro sigillatis plenius continetur. Nunc autem predicta domina Mechtildis, viro suo prefato Jam dudum per mortem extincto, domum, Curiam et aream cum attinenciis cum expresso consensu et assensu domini Johannis prepositi, Jutte priorisse ac tocus conuentus Monasterii supradicti vendidit et dimisit Nycholao Langhar nostro conciuo et eius heredibus, Ita sane, quod ipsa domina Mechtildis annum censum cedentem et prouenientem ex eis, videlicet Sex marcas denariorum lüneburgenfium percipiet ad tempora vite sue, Et post ipsius obitum prefatus Nycholaus Langhar et eius heredes aut in dicta hereditate successor et possessor, successores et possessores Monasterio in Arnesse prelibato Nonaginta marcas lüneburgenfium denariorum infra dimidium annum continuum a die obitus dicte domine computandum persoluent pecunia cum parata infra primum mensem post lapsum dicti dimidii anni numerandum. Preterea recognosceimus, quod hinricus Bertrammi faber, dum viueret, ac Mechtildis ipsius Vxor prefati prelibato monasterio



in Arnse dimidium chorum salis in salina lüneborch quolibet flumine in Wechpanne ad dextram manum, cum Ingreditur domus Soderstinge, iusto donacionis tytulo post vtriusque sui decessum percipiendum perpetuis temporibus donauerunt, hac condicione adiecta, quod Collector bonorum salinarum sepedicti monasterii duabus filiabus dicti hinrici sanctimonialibus in dicto monasterio vestitis annis singulis dabit vnicuique vnam marcā denariorum ad tempora vite sue. In recompensam beneficii antedicti Sanctimoniales dicti monasterii tenebunt [sic!] memorias perpetuas Hinrici ac Mechtildis ibidem ac parentum suorum perpetuo celebrare et obseruare. Insuper venit in condicionem, quod, si prefati Nycholaus langhar et eius heredes infra terminum prefixum non persoluerent nonaginta marcas, nec possessor seu possessores, extunc termino elapso prepositus et conuentus dicti monasterii in arnse memorati vendent dictam hereditatem vni burgenfi nostrorum, cuiusque voluerint, pecunia prompta et parata, modo quo valent cariori. In quorum omnium euidentis testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini M°. CCC°. LI°. in die beati viti martiris.

CXII. Rath und Schöppen zu Seehausen befunden die Ausstattung und das Vermächtniß, womit Mechtild von Briegke ihre Tochter in das Kloster Arendsee gebracht hat, am 26. Dezember 1351.

Ne obliuio, que dici potest mater erroris, facta hominum confundat, Necesse est ea Scriptis, Sigillis et testibus perhennari. Hinc est, quod nos Confules Ciuitatis Sehufen et Scabini per presentes recongnoscimus et testamur, nobis fore notum, Quod Mechtildis relicta Bernardi de Brytzeke pie memorie vna cum filia sua fuit in curia sua in villa verglibbe, quam curiam cum omni Jure, videlicet infimo et supremo, noscitur possidere, In qua curia Iudicium cum suo proprio Iudice et villanis dicte ville disposuerunt, Sicuti cum Iudice et villanis publice potest protestari. Vbi dicta Mechtildis, Relicta Bernardi prenotati, cum consensu et voluntate filie sue mechtildis pretaete coram disposito iudicio donauit filie sue Alheydi sub iugo claustrali in Arnesse mancipate seu professe ex bonis hereditariis dicte curie adiacentibus et non pheodalibus tria talenta reddituum Brandenburgensium denariorum, quoad tempora vite sue quiete, pacifice et sine Impedimine quouis possidendum. Nullum eciam nocumentum dictam professam seu sanctimonialem in recepcione dictorum reddituum annualium debeat impedire quouis modo, si eciam de toto pacto non magis, quod absit, deriuaret, Sanctimonialis vero priustacta dictos redditus in duobus terminis recipere debeat infra scriptis, Videlicet ipso die beati martini episcopi et Confessoris Triginta solidos et in festo purificationis beate marie virginis totidem receptabit denariorum monete prelibate. Defuncta vero prenominata sanctimoniali predictorum trium talentorum annualium duo talenta in Curia prescripta ad vsum possessoris hereditarii sine impetitione qualibet libere viceuerfa redundabunt, vt antea fuerunt, Tercium vero talentum predictorum reddituum sanctimoniales claustrali prefati inter se diuidendo ad suam prebendam vespertinam perpetuis temporibus sibi reseruabunt in duobus terminis prius scriptis, videlicet ipso die beati martini decem solidos et In purificatione



beate virginis todidem referuabunt ex curia antefata. In quorum omnium premifforum testimonium Sigillum nostre ciuitatis est appensum. Hii fuerunt protunc Consules Johannes holthufen, Henninghus grothe, Storcow, zabellus de Bryceke, hennekinus scilt, hennekinus Barfwich, Thidekinus rodolphi et Arnoldus crewese. Hii fuerunt vero tunc Scabini Ghiso barfwisch, henninghus holthufen, hinricus osterborch, henninghus grothe, Arnoldus storcow, Stephanus futor et Arnoldus Prouest. Et hii fuerunt testes et sunt ad prescripta Thidekinus hasenbalch, Judex in premiffis, et deghenardus Cannenberch, prefectus dicte ville, qui habuit in dicta villa Jus supremum cum suis villanis, necnon zabellus de Bryceke et hinricus Bernardi fratres. Et nos Johannes prepositus in Arneffe et Priorissa ibidem in maiorem certitudinem omnium premifforum huic littere nostri conuentus Sigillum iussimus subappendi. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quinquagesimo primo, ipso die beati stephani prothomartiris gloriosi.

XCIII. Der Rath zu Lüneburg befundet das Recht des Klosters Arendsee auf einen Antheil an der Saline, am 5. Mai 1355.

Nos Consules Ciuitatis Lüneborch, Johannes Beue, Hartwicus de salina, Hinricus Miles, Leonardus longus, Ditmarus de Molendino, Johannes Viscule, Hinricus de arena, hartwicus de salina Junior, Albertus hoyke Senior, Johannes de pentze, Johannes Borchdorp, hartwicus abbenborch, Tenore presencium publice protestamur, quod dudum retroactis temporibus Hinricus Bertrammi, faber ac vxor eius Mechtildis bone memorie, dum uiuerent, dederunt et donauerunt Conuentui Monialium monasterii in arneffe pie dimidium chorum salis in salina lüneborch quolibet flumine in domo Soderfinge in sartagine Wechpanne Jure perpetuo ad dextram manum sita, cum itur in ipsam domum, percipiendum et tollendum. Itaque moniales dicti Conuentus in Arneffe memorias perpetuas dictorum Hinrici et Mechtildis in eorum anniuersariis deuote debent perhenniter obseruare. Huius eciam dimidii chori salis possessionem dictus Conuentus monialium in Arneffe in contradictorio Iudicio optinuit secundum Jus salinare, domino hinrico Werder dictum dimidium chorum impetente. In cuius facti euidentis testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quinquagesimo quinto, in die Beati Godehardi episcopi.



XCIV. Knappe Buffo von Walstoue bestätigt, daß sein Vater seine Bestzungen zu Sannem dem Kloster Arendsee abgetreten, am 2. Februar 1358.

Ego Buffo, famulus dictus de Walstoue, filius Syfridi Junioris de Walstoue pie memorie, pleno omnium meorum heredum consensu et amicorum recongnosco et protestor et fide-tenus promitto, quod infringere nolo litteras super bona, que pater meus vendidit et dimisit in villa zanneme preposito, Priorisse Totique Conuentui in Arnse, videlicet Curiam, quam nunc relicta gherardi de bukow possidet, soluentem annis singulis in quolibet festo Beati Martini episcopi et confessoris decem et octo modios filiginis in pachtu et decem denarios Brandenburgenses in censu cum decima minuta et pullo fumali et cum omni Jure supremo et infimo infra sepes, cum aduocacia et omni seruicio, quod fit cum curribus et equis. Quam quidem Curiam Sophya vxor vickonis Brukers pie memorie nomine vitalicio habuit et possedit. Preterea ego Buffo vna cum meis veris heredibus veram warandiam facere volo in Curia et Bonis prenotatis Enghelberto prouisorio sanctimonialium in Arnse, priorisse totique conuentui Jure hereditario Justo pheodo perpetuis temporibus possidendum, quemadmodum recongnosco meis litteris patentibus et apertis. Testes sunt aduocatus in Saltwedel hinricus vofstener, Godekinus hermanni, Dulle kersten, hennike Neylinghe. In huius rei testimonium Sigillum meum vna cum Sigillo Buffonis de Garthow et gherrardi famuli dicti de walstoue presentibus sunt appensa. Datum zaltwedel, Anno domini M°. CCC°. LVIII°. In die purificationis marie virginis gloriose.

XCv. Ablassbrief eines bischöflich Verden'schen Generalvicars für das Kloster Arendsee, vom 29. Juni 1358.

Frater Iodewicus, dei et apostolice sedis gracia Episcopus foyensis, ex premissione et Commissione honorabilis viri domini Gherardi de Scowenburg per Ciuitatem et dyocesim verdensem in spiritualibus et temporalibus vicarii generalis in pontificalibus per eandem ciuitatem et dyocesim vices gerens, religiosis puellis seu virginibus Priorisse ceterisque sororibus in Arneffe ordinis sancti Benedicti salutem in domino. Quia decens est, vt vester patronus sanctus Benedictus, sub cuius regulis estis institute, a vobis feruentius honoretur et ex hoc maior deuocio vobis et populo acquiratur, volumus et ordinamus, ut in festo predicto omnes et singule ad sacramentum eukaristie sumendum vos salubriter disponatis, et ut fructum maiorem et uberiorem ex hoc acquiratis, cuilibet vestrarum, que hoc festum secundum nostram impositionem deuote peregerint, XL dierum indulgencias et vnam karenam auctoritate nostra, Totidem ex speciali commissione reuerendi in Cristo patris ac domini, domini Danielis, de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum petri et pauli consili, misericorditer relaxamus. Ad cuius firmiorem confirmacionem nostri



figilli munimine presencia fecimus Roborari. Datum Anno Domini Millefimo trecentesimo LVIII., in die Beatorum Petri et Pauli Apostolorum, in Arneffe monasterio prenotato.

XCVI. Die Knappen Gebrüder Crucemann treten dem Kloster Arendsee einen Antheil am Gericht zu Sannem mit gewissen Hebungen ab, am 18. October 1358.

Omnibus presencia visuris vel audituris Henninghus et Buffo fratres, dicti Krutzemann, famuli, Cupimus fore notum per presentes lucide protestando, Nos vnanimi voluntate et pleno consensu nostrorum heredum necnon omnium illorum, quorum consensus fuerant requirendi, rite et racionabiliter vendidisse spiritualibus personis, domino Enghelberto in Arnse preposito, Alheydi priorisse totique conuentui ibidem, octauam partem Iudicii ville zanneme cum Agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, lignis et rubetis, ac in curia prefecti ibidem tres modios filiginis, quinque quartalia auene soltwedelenfis mensure, et tres pullos pro quinque marcis argenti nobis plene persolutis, quolibet festo Beati Martini perpetuis temporibus infra muros Ciuitatis Soltwedel percipienda, nichil nobis aut nostris ex eisdem reseruantes. Volumus eciam predictis, videlicet preposito et dominabus, esse vera warandia atque iusta, donec proprietatem dictorum bonorum a principibus terre sibi valeant procurare. Testes prescriptorum sunt Honorabiles viri Dominus Guntzelinus, noue ciuitatis zoltwedel plebanus, Godekinus, Thidekinus, dicti hern hemens, et Cristianus de blekede. In horum omnium euidentis testimonium sigilla nostra vna cum sigillis henninghi de Schulenborch et Conradi Bodenstede, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LVIII<sup>o</sup>., In die Beati luce ewangeliste, presentibus sunt appensa.

CXVII. Das Kloster Arendsee verkauft Leibrenten aus seinen Besizungen an Conuentualinnen, am 15. August 1360.

In nomine domini Amen. Ne ea, que geruntur in tempore, simul labantur temporis cum processu, expedit, ea poni in linguis testium uel scripti memoria perhennari. Hinc est, quod nos Nycolaus prepositus, Alheydis priorissa totusque conuentus sanctimonialium monasterii sancti marie in Arneffe Recongnoscimus tenore presencium et publice protestamur, quod cum consensu amicorum nostrorum matura tamen deliberacione sanioris consilii prehabito vendidimus Alheydi et hyldegund, nostris consororibus, dictis svanen, dimidium chorum filiginis in villa ghentzin pro quinque marcis stendalgenfis argenti, In curia Johannis tylibbis, que prima habetur ad sinistram manum, cum itur de Arneffe in Ghentzyn, Singulis annis tempore pachtali tollendum



per tempora vite ipsarum vtrarumque pacifice possidendum, et altera earum vltima viuens eundem dimidium chorum filiginis temporibus quibus vixerit tantum percipiet et habebit. Nichil tamen in prefato dimidio choro filiginis, quamdiu prenominate ementes vel altera earum vixerint, nobis aut nostro monasterio nos recongnoscimus referuasse. Sed ipse dimidius chorus filiginis post obitum predictarum personarum ad monasterium nostrum interius rediit [sic!] et ibi perpetuo manebit, de quo vero Priorissa, que est vel que fuerit, sex modios tollet ac vendet et dominabus professione ligatis, prout summa denariorum se extendet, pariter distribuet, Alii sex modii [sic!] ipsa priorissa, que est aut fuerit, vendet et pro reparacione luminum in bona quinta feria sepulture domini integraliter in remedium omnium fidelium animarum erogabit. In cuius contractus euidentiam testimonii pleniorum sigilla nostra ex certa sciencia sunt presentibus Appensa. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>., In die Assumpcionis marie. Testes huius sunt Dominus henricus mowe, dominus hinricus de gladegow, Sacerdotes, nostri perpetui prebendarii, Gherardus crughen, henneke neylinge, et alii plures fide digni.

XCVIII. Snappe Richard von Brezeke stattet seine Tochter mit Hebungen in Dewitz für das Kloster Arendsee aus, am 21. Dezember 1361.

In nomine domini Amen. Cum propter varietatem temporis humane actiones plerumque soleant variari, necesse est, vt eodem commendentur posteritati Suffragio litterarum. Hinc est, quod ego Wychardus famulus de Brezeke Recongnosco tenore presencium, quod, quia honorabiles in Cristo deuote persone Nycholaus prepositus, Alheydis priorissa et Conuentus monasterii sancte marie in Arnesse propter deum meique seruinis Intuitu margaretam filiam meam de communi consensu vnanimiter sancto suo consorcio aggregarunt, Ego autem desiderauit, hanc receptionem in personam dicte filie mee canonicè celebratam aliquo fructuoso commodo compensare, Cum consensu et consilio omnium meorum heredum dedi et presentibus litteris do donacione perpetua eidem monasterio ac personis inibi domino famulantibus presentibus et futuris In villa dewitze In Curia prefecti decem solidos Brandenburgensium denariorum de equo pheodali, In Curia Betekini Octo modios filiginis, In curia Swartekopes Sex modios filiginis et quatuor pullos, In Curia heyne vochdes tercium dimidium modium ordei et duos pullos, In Curia Brunfwikes Alterum dimidium modium ordei, In curia Thide ghyfen sex pullos, In Curia hermen heylen duos pullos, et In Curia parui Betekini quatuor pullos, et de Censu communi ville Sex solidos Brandenburgenses singulis annis perpetuo in festo Beati Martini episcopi et Confessoris sine aliqua contradictione a me vel a meis heredibus veris Seu successoribus Jure pachtali ac hereditario libere recipiendum, Ita tamen, quod nichil Juris mihi aut meis heredibus referuo in eisdem bonis. Promitto eciam personis dicti monasterii et successoribus earum veram warandiam predicti bonis [sic!], prout solent bona de Jure warandi. Ne autem Prepositus et Priorissa vel Conuentus aut Successores eorum aliquam Brigam seu Calumpniam paciantur in premissis, Presentes litteras mei sigilli appensione feci communiri. Et nos Copkinus et Nycholaus, fratres dicti Wychardi,



